


587001--
-587007
Mag. St. Dr.
1
BIBLIOTHECA
UNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS





JO. HENRICI, CASP. FIL. CUNRADI

SILESIA TOGATA,

Sive

Silesiorum doctrina & virtutibus claris-simorum

ELOGIA,

Singulis distichis comprehensa;

Quibus

Dies omnium natales & emortuales, Officiorumque ab ipsis gestorum Tituli subjunguntur.

EX AUCTORIS MSCto,

Quod in Bibliotheca Paterna viderat,

edidit


CASPAR THEOPHIL. SCHINDLERUS,

Lignicensis Silesius.

LIGNICII,

Sumptibus Hæredum RORLACHIANORUM,

ANNO MDCCVI.





LECTORI BENEVOLO
Salutem & officia.

CUm ſuperiore anno graviſſimi morbi contumacia, cum qua per integrum fere triennium conflictatus fueram, incaſſum adhibita excellentiſſimorum Medicorum ope, à Studiis, quibus, Lipſiæ incumbebam, domum me revocaret, id mihi, quantum per tenues corporis viriculas licebat, negotii datum eſſe arbitrabar, ut quid litterariæ ſuppellectilis admodum reverendus dilectiſſimusque Pater meus, *M. David* Schindler/ ad B. Virg. Paſtor, & Rever. Miniſt. Aug. Conf. addicti in Ducatu Lignicenſi Senior, in ſuos meosque uſus repoſuiſſet, excusſis omnibus bibliothecæ forulis inquirerem. Accidit hac occaſione, dum in Scriptis evolvendis occupabar, ut in CASPARIS CVNRADI, Medici & Philologi inter Sileſios, dum fata DEusque ſinebant, Clariſſimi *tres Millenarios* inciderem, quibus nobiliſſimus Vir vitam & famam doctiſſimorum in orbe virorum cura multum utiliore, quam ille olim μικρόγραφος Homeri opus nucis putamini, incluſit. Mirifice hoc ſcriptum mihi arridebat, cum ob perſpicuam brevitatem, tum ob adſperſas non raro argutias, quæ potiſſima Epigrammatum dos eſſe putantur, maxime vero

ob præſtantiſſimorum virorum notitiam, quam ille lectori ſuo concinna elegantia conciliat. Quamobrem ut typis exprimeretur optabam, quippe dignum

Ingenuis oculisque legi manibusque teneri.

Ex quo autem paulo poſt illud jam factum fuiſſe videbam, eandem ſortem cæteris *ſeptem Millenariis*, quos *Joannes Henricus*, Caſparis non impar filius, eadem qua Pater methodo, nec minori felicitate conſcripſit, vovebam. Neque enim adduci poteram, ut calculum adjicerem Galli illius judicio, qui, pro conſveta gentis ſuæ liberrime cenſendi libidine, Germanis ideo labem affricare conatur, quod περίεργοι ſint, & eorum, de quibus ſcribunt, parentes, diemque ac horam ſæpius, qua nati aut vita defuncti ſunt, anxie recenſeant. Quod ipſum *Cunradorum* ἔργον eſt. Tanti non putabam hominis Galli judicium, ut à concepta ſententia me dimoveri paterer. Videbam enim optimos rei hiſtoricæ auctores, & inter hos ipſum auguſtiſſimum Gallorum Scriptorem idem factitaſſe, & talia, quæ moroſo huic cenſori, uti apud Polyhiſtorem audit, *inanitates* videntur, ſingulorum fere annorum hiſtoriis ſubjeciſſe. Tantum quoque abeſt, ut vel *Labbeus*, vel *Voglerus*, vel alii inſtitutum Cunradi noſtri improbarint, ut potius inter majorum gentium ſcriptores locum ei propterea conceſſerint. Quid? quod ſi recte calculum pono, Noſtrates virgulam cenſoriam non mereri deprehendo, quandoquidem illis non hiſtoriam, ſed indicem tantum virorum litteris illuſtrium, eorundemque vitæ ac mortis tempora, & quæ intra hos cardines verſantur momenta, breviter complecti propoſitum fuit: in quo non ſine laude prævium habuerunt *Georgium Bucholzerum* in Indice Chronologico, cui continuando optionem dari dudum in votis mihi fuit. Verum nec hoc futurum ſpero, nec *Cunradi* junioris laborem luci publicæ ſtatim expoſitum iri credo, quod in poſſeſſionem Typographi-

cæ artis alii nunc libri venerint, quibus tamen res litteraria nullo ſuo damno ſæpenumero carere poſſet.

Interim ut optimus ille Vir aliquod ſuſcepti operis precium ferret, operam ego dandam putavi, ut patriæ noſtræ cives, quorum memoriæ peculiarem induſtriam in *Sileſia* ſua *Togata* impendit, orbi publicarentur. Non enim minus de Sileſia ſua mereri voluiſſe, vel aliis ad benemerendum faculam præluxiſſe putabam, quam Andream Schottum de Hiſpanis, Philippum Thomaſium de Italis, Antonium Verderium de Gallis, Aubertum Miræum de Belgis, de Veronenſibus Onuphrium Panvinium, de Bononienſibus Bart. Galeottum, de Hamburgenſibus P. Lambecium, aliosque de Civium ſuorum fama ſollicitos. Deinde *Sileſiæ* noſtræ *Togatæ* editione macula detergenda fuit, quam genti noſtræ mali quidam cenſores adſpergere conati ſunt. In quo cenſu Scaliger & Oldenburgerus inveniuntur, quorum ille *barbaros*, hic *ſimplices* Sileſios vocat. Scaligeri quidem judicium nec miror nec moror, de quo ſatis conſtat, quod parcus ſit & infrequens æſtimator eruditorum, in quo ſæpe

- - - *quidvis horum verum conjicit*

Quæ ſunt dicta in ſtultum: caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.

Oldenburgeri vero obtrectandi licentiam ulciſcerer, niſi ipſe ſimplicitatis reus à doctis dudum eſſet convictus. Utriusque injurias libellus, qui nunc evulgatur, ſatis ſuperque teſtibus compluribus propulſat.

Duo autem in publicatione ſcripti hujus monenda ſuperſunt: *Primum* eſt, quod lector, qui in hoc de Sileſiis opuſculo aliarum nationum viros aliquoties inſertos eſſe mirabitur, ſcire debeat, Auctorem noſtrum eum quoque locum pro Patria agnoviſſe, ubi quis transacta maxima vitæ parte diem tandem ſuum obiit; idque ad mentem Puteani, quam pag. 17. *Lipſiomn.* exprimit: *Non*

tam ubi quis incipit vivere, quam ubi desinit, natus est; non cum sumit animam, sed cum ponit, aut potius reponit: nam quem nos ultimum vitæ diem vocamus, novæ is & duraturæ Natalis est. *Alterum*, quod neutiquam approbandi vel defendendi partes in me recipiam, si quid vel contra auctoritatem quorundam magnatum, vel contra Fidei cujuscunque professionem, interdum etiam contra computum annorum ab aliis institutum, à Cunrado nostro scriptum est. Alienissimus egomet sum a lædendi animo: Solum Cunradi textum e vestigio sequor, nec cum laruis aut mortuis unquam pugnare constitui. Quicquid ergo duriusculum in fœtum Cunradinum irrepsisse cuipiam videbitur, istud omne à mente atque ingenio meo abhorrere publice profiteor, & ne mihi illius culpa forte imputetur, ea, qua fieri decet ac potest, submissione rogo. Bene vale, Candide lector, atque Appendicem ad opusculum Cunradinum expecta a Tuo

CASPARE THEOPHILO SCHINDLERO,
Lignicensi Silesio.

Hæc

HÆc eſt illa præfatio, quam *Sileſiæ Cunradinæ* præfigendam conſtituerat clariſſimus Editor. Credibile eſt, plura fortasſis illum de dubiis quibusdam Chronologicis paſſim in MSCto occurrentibus fuiſſe commentaturum, niſi & ipſe fatis ita ordinantibus mortalitati prius valedixiſſet, quam librarius operas typographicas inchoare poſſet. Quicquid ergo in hiſce pagellis lectori exhibetur, id ſane nihil aliud eſt, quam Cunradinus labor, quem prælo paratum poſt ſe reliquerat doctisſimus Schindlerus. Eum hac vice ſolum in ſolem quaſi exponunt Rorlachiani hæredes, a quibus Supplementa etiam Schindleriana, cum monitis nonnullorum doctorum civium, qui pagellas poſt impresſionem jam factam perluſtrarunt, ſperare olim poterit candidus lector, quamprimum iſta ex ſchedis B. Auctoris conquiſita, & in ordinem, quo Cunradus noſter uſus eſt, redacta fuerint. Præmiſerunt interea quædam Schindlerianæ memoriæ monimenta, ac ipſius Jo. Henrici Cunradi vitam, à M. Chriſtiano Stieffio, Lignicenſi, ſcriptam, atque ad B. Schindlerum, cum quo familiare ipſi litterarum & amicitiæ commercium ab infantia ſemper interceſſerat, ad modum epiſtolæ Lipſiâ, dum viveret, aliquando transmiſſam. Quo Catone contentum eſſe jubemus lectorem, donec reliqua quoque commoda occaſione ſubſequantur.

SCHIND-

SCHINDLERI studio sollers CVNRADE resurgis,
Atque vel in tumulo, ceu redivivus, ovas.
Verum inter medios servati civis honores
SCHINDLERVS rigidæ fit quoque præda necis.
Confestim sed rursus ades CVNRADE, tuumque
SCHINDLERVM longa nocte perire vetas.
Excipe Posteritas amborum grata labores,
Disceque, quod Pietas fata domare queat.

Honoribus posthumis Clarissimi Editoris, ante aliquot annos defuncti, ex animo favens
scribeb.

C. GRYPHIUS.

Dort stand zu Cölln am Rhein ein Ehweib wieder auf/
Die mit der größten Pracht schon würcklich lag begraben/
Nachdem die Diebe/ so den Trau-Ring wolten haben/
Den der betrübte Mann nach selbter Zeiten Lauff
An ihre Hand gesteckt/ womit sie nichts versäumet/
Bald in der ersten Nacht Grufft/ Grab/ und Sarg geräumet.

Ach

Ach was vor Angst und Furcht kam diese Räuber
an!
Sie sprungen als sie nur den Sarg eröffnet hatten/
Und suchten in der Noth den allerdickſten Schatten/
Den eine schwartze Nacht nur immer geben kan.
Sie dachten: wird der Geist bey so gestalten Sachen
Auch wohl/wie wirs verdient/ den Garaus mit uns
machen?
Schaut/ was ein böser Mensch vor ein Gewissen
hat!
Hier war kein Geist zu sehn so nah als in der Ferne;
Die Frau gieng selbst heraus/ erwischte die Laterne/
So bey dem Grabe stund/ lieff/ und verrieth die
That:
Doch muste sie wol erst bey tausend Schwüren sagen/
Daß Sie die eben sey/so man ins Grab getragen.
O Wunder der Natur! doch der gelehrten Welt
Ist dieses eben nichts. Sud/West/und Ost und Nor-
den
Hat viele/die schon längst zu Staub und Asche worden
Auf ihrem Ehren-Platz lebendig dargestellt:
Wovon die Posthumi das beste Zeugniß geben/
In welchen Photius und andre wieder leben.
Wiewol/ was eben hier das größte Wunder macht/
Ist/daß du nicht allein von Todten bist erstanden:

Hier ist die grosse Schaar der Schlesier verhanden/
Die du mit dir zugleich aus deiner Grufft gebracht;
Herr Bruder/dieses Glück hat noch bey keinen Jahren
Noch Lignitz/noch zugleich gantz Schlesien erfahren.
Dein Fleiß/dein muntrer Geist/uñ die Gelegenheit/
So dir der theure Mann/dein Vater/kunte geben/
Versprach uns bald gar viel/doch nahm dein kurtzes Leben
Die gantze Hoffnung weg/biß nun zu dieser Zeit
Dein angenehmes Werck die kluge Welt soll lehren:
Es könne selbst der Todt die Tugend nicht versehren.

Vid. Geor. Hieron. Velſchius in Obſervatt. Medic. Epiſagmate 100. ſiue ultimo p. 67. ubi hiſtoriam hanc æri inciſam ex Georgio Segero exhibet.

Aus gutem Andencken gegen
den sel. Herrn Schindler
schriebs

M. Gottfried Newerdeck.

Viro

Viro maxime reverendo, amplissimo atque doctissimo,

M. DAVIDI SCHINDLERO,

Ædis Marianæ apud Lignicenses Pastori, & Ministerii Augustanæ Confessioni in Lignicensi Ducatu addicti Seniori meritissimo, Patrono singulariter colendo, atque Filii unici obitum acerbe lugenti, Salutem & observantiam perpetuam.

MAXIME REVERENDE VIR;

QVod beatis Manibus Filii tui charissimi diu debui, hac tandem epistola explendum duxi officium, triste quidem illud & lamentabile, quod civi, quod commilitoni olim meo, atque amico ex paucis fido & constanti, sed in primo magnorum conatuum ingressu, in florentissimæ ætatis spe, fatis eheu! præmaturis functo, præstandum a me fuit; tale tamen, quod citra animi ingrati turpitudinem prætermittere aut deferere nullo modo potui. Etenim una LYGIORUM civitas nascentes nos excepit, una LIGNICENSIS Schola alumnos, unum Magdalenæum apud Vratislavienses Gymnasium auditores, una Lipsiensis Academia Cives & eodem studiorum genere occupatos semper vidit: an idem etiam sepulturæ locus reliquias nostri funeris habiturus aliquando sit, id enimvero in DEI immortalis arbitrio positum est. Ac ille quidem, uti nascendi ordine, sic domestica etiam informatione multis nominibus me prior, in ipsa statim infantia, quid mirifica virtutis indoles & ingenii ad sublimia adspirantis docilitas possit, luculenter comprobavit. Egressus deinde pueriles annos, superatisque inferiorum classium difficultatibus, atque in signum obtentæ in certamine scholastico victoriæ inter primi ordinis discipulos numeratus, quo ego ipsum in loco post sex mensi-

um intervallum ſequutus fui, majora hercle indies diligentiæ ſuæ ſpecimina edidit, quum præſertim Clarisſimorum Virorum, *Ephraimi Heermanni*, *Georgii Meyvvaldi & Balthaſaris Friderici Hertvvigii* docta fideliqve inſtitutione frueretur. Erat tunc temporis mutua quædam inter nos æmulatio, in ſtyli præſertim exercitiis, & ſermonibus ſacris, (quos ex more Lycei calamo ſtatim excipiunt ſupremi ordinis ſcholares,) latine extempore reddendis: cujus rei inſignem poſtea fructum in ſeuerioribus ſtudiis experti ſumus; ſed, ut verum fatear, CASPAR tuus THEOPHILUS primam ſemper & loci & adprobationis lauream obtinebat. Anno ſeculi ſuperioris nonageſimo & primo Vratislaviam conceſſimus, ubi, inter auditores Gymnaſii Magdalenæi recepti, Præceptores conſequuti fuimus Viros Amplisſimos *Chriſtianum Gryphium*, *Gothofredum Küpfenderum*, *Simonem Titium*, *Gothofredum Pohlium*, qui nos per omnes diſciplinarum circulos dexterrima informatione deductos, continuis utriusque ſtyli, utriusque linguæ exercitamentis ad altiores ſcholas præpararunt. Atque hoc nomine ſigillatim mihi extollenda eſt Viri incomparabilis CHRISTIANI GRYPHII, Rectoris illic excellentisſimi, erga nos indulgentia, cujus doctisſima inſtitutione privatim annis aliquot perutiliter gaviſi ſumus, quippe non extraneorum, ſed domeſticorum ac filiorum loco nos ſemper habuit atque dilexit. Ab hoc in maximam ſpem formatus CASPARIS tui animus, atque liberalium diſciplinarum ſubſidiis omnibus egregie inſtructus, neque ſine amplisſimo litterarum & morum inſigniter excultorum teſtimonio dimiſſus, Lipſienſes Muſas ſibi præligebat, ad quas cum bona Parentis venerandi venia, Patronorum ſuaſu, profectus, ſolemnique ritu in hoſpitum Academicorum catalogum relatus, per annos fere quatuor juvenis induſtrii, modeſti, & ſcientiarum omnium percupidi partes expleuit. Vrbem igitur, quæ Profeſſorum auctori-

ritate, virorumque doctissimorum celebritate, ac librorum omnis generis affluxu, morum insuper elegantia & commeatus commoditate, reliquas totius Germaniæ civitates longo post se intervallo relinquit, ex voto ingressus, tempori statim bene inserviendum esse rebatur, atque adeo publicarum æque ac priuatarum lectionum auditor sedulus, doctus librorum helluo, & studiorum, quæ à Theologia Philologiaque nomen & dignitatem suam sortiuntur, diligentissimus sectator evasit. Ego interim ob graviores caussas Vratislauiæ diutius hærebam; consequutus autem ILLUSTRIS SENATUS gratia liberale stipendium, (cujus beneficii grande momentum, post Deum, commendationi Gryphianæ adscribere uti debeo, ita semper solitus sum) in Academia Lipsiensi veterem commilitonem anno seculi septimo & nonagesimo salutavi; sed debita tamen cum reuerentia. Ille enim per quadriennium Academicum, cœlestis ingenii felicitate, in hominem adoleuerat, qui in patriam reuocari, & expectationi ciuium destinari dignus haberetur. Abiit igitur ex Parnasso nostro inter faustas amicorum acclamationes, & ad patrios lares salvus ac sospes reversus Familiam Nobilissimam, Teque inprimis Parentem venerabilem, sanctissime a filio semper cultum, effusissimo gaudio cumulauit.

Post absolutum hoc modo Academicæ vitæ curriculum, studia tamen nondum ad metam peruenisse credidit, sed quæ nuper in Collegiis Lipsiensibus calamo vel ore exceperat, ea nunc iterum diligenter repetenda, & a Theoria, quam vocant, ad praxin aliquando digrediendum sibi esse ducebat. Qua certe in re quum Te ipso ducem meliorem habere posset neminem, sic etiam sedulo adlaborauit, ut numeris omnibus, quantum vires valetudinis admodum debilitatæ permitterent, voluntati paternæ responderet; temporis interim ea ratione habita, ut post grauiores litterarum sacrarum curas, patriæ quoque historiæ, ad quam studio quodam incredibili

 fere-

ferebatur, ex parte vacaret. Nactus erat eam in rem ex bibliotheca tua Codices quosdam MSS. *Prosopographiæ Melicæ*, cujus tres millenarios priores *Caspari Cunrado* Poliatro ac Poetæ Vratislav. celeberrimo, typis excusos debemus, septem autem alios *JO. HENRICUS*, Casparis Filius, *CUNRADUS*, Principis in Silesia Lichtensteinensis Consiliarius amplissimus, inter schedas suas reliquerat; ut adeo ad decimum usque millenarium excreuerit *Prosopographia* isthæc *Melica*. Quæ volumina, quando post Joannis Henrici mortem, qui Lignicii anno, ni fallor, M D C LXXXV. obiit, emtionis titulo in manus paternas pervenerunt, Filius ille tuus sollicite discussit, atque, ut in lucem emitteret, apud animum suum constituit. Quum autem justo prolixius id opus ipsi videretur, & librarius, qui sumtus in editionem erogaret, deesset, alterum ejusdem Joannis Henrici Cunradi fœtum, (quo sub *Silesiæ Togatæ* nomine, Silesiorum clarorum memorias singulis distichis inclusas, locoque natali, dignitatum charactere, & emortuali die semper additis, Cunradus noster celebravit,) adgressus est, menda haud negligenter emendavit, Litteratos complures a Cunrado prætermissos, ordine alphabetico subnectit, atque adeo codicem hunc ita perpolivit, ut ad prælum omnino paratus esset. Cujus rei fama non apud Silesios tantum, sed exteros etiam increbuerat, illos inprimis, qui historiæ litterariæ majorem in modum dediti sunt, ut vel ideo editorem inveniret opusculum, qui istud quanto ejus typis exscribere, atque in conspectum publicum exponere pollicebatur.

Sed o profundam cœlestis providentiæ altitudinem! Dum nos optime de optimo juvene speramus, dum ille, ut spes nostras impleret, omnem lapidem mouet, ecce! valetudo, quæ ipsi sæpe numero infirma fuerat, & quacum Lipsiæ ante abitum suum vix quidem in gratiam redierat, languentem ex morbo difficili lecto rursus alligat, & post breves inducias, fractis attritisque denuo viribus, Parenti,

renti, Sororibus, Adfinibus, Amicis, Civibus, atque Libris ſuis, quos alias vitæ comites & laborum ſolatium habuerat, extremum vale dicere juſſit. Quis tunc Patris venerandi luctus, quis Familiæ mœſtisſimæ planctus, quæ condolentium amicorum conſternatio ſubſequuta ſit, id meum non eſt explicare: neque mirum adeo, ſi filium unicum, quem in expectationem patriæ, in delicium Muſarum, in ſolamen ſenectutis educaverat, citra ſpem terris & ſibi ereptum Parens conſternatisſimus lugeat. Ego quoque, qui in ejus morte præſtantisſimi amici jacturam feceram, ad primum obitus acerbisſimi nuncium non a dolore, non a queſtu, non a lachrymis me abſtinere volui. Poſt autem quam conſiderarem, non debere obſtrepi voluntati divinæ, caducas etiam mortalium omnium molitiones, & præcocia plerumque litteratorum fata eſſe, animum rurſus collegi, & de funere veteris amici quaqua ſcriptione decorando cogitaui. Ac ille quidem, quanquam medio in ſpacio juventutis e viuentium numero exceſſerit, quantum ad gloriam, longum jam ævum peregit. Quippe & vera bona, quæ in virtutibus poſita ſunt, implere cœperat: & quid aliud illi fortuna ultima adſtruxerit, quam quod Parens indulgentisſimus asſidere valetudini, fovere deficientem, ſatiari ejus vultu atque complexu debuit; quod is animum quoque Filii ad cœleſtem Academiam adſpirantis firmare, quod precibus ſanctisſimis præire, quod morientem Chriſto Servatori commendare, quod oculos nouisſima in luce paternum adfectum deſiderantes, ex voto Filii charisſimi, ſuis manibus claudere, & inuerſo quidem ordine, Deo tamen termaximo ſic jubente, largifluis lachrymis componere potuit? Felicem te hoc nomine dicendum eſſe, beatisſime CASPAR THEOPHILE, quis ambiget? qui & hoc feſtinæ mortis grande ſolatium tuliſti, euaſiſſe Te iniquitatem noſtri ſeculi, quo non jam per intervalla ac ſpiramenta temporum, ſed continuo ac velut uno ictu atrox bellum, perfidia hominum, litterarum contemtus, pacem publicam, candorem

anti-

antiquum, Musarumque cultores, atque, ut verbo dicam, felicitatem temporum ex Germania universa pæne eliminant. Nobis itaque reliquum nihil est, quam Manibus tuis quietem placidam. & virtutibus memoriam immortalem adprecari. Tibi autem, Parens mœstissime, Patrone reverenter obseruande, annos, quos ætati Filii, si naturæ cursum metiamur, mors inuida dempsit, Numen sanctissimum addat. Tuæ nunc vitæ illa portio accedat, ut præesse sacris functionibus in patria, & ministerio verbi diuini vacare, atque salutem animarum quam diutissime curare valeas. A Te etiam, si quid temporis ab ecclesiastico munere vacuum datur, *Silesia Togata Cunradina* manum opitulatricem expectat. Illam Tibi velut orbam ac posthumam prolem THEOPHILUS tuus commendauit, quam ne deseras prorsus, aut ad carceres æternos postliminio quasi condemnes, communes mecum litteræ, & tot Silesiorum in ea celebratorum Elogia Te rogant. Transscribes ea re *Schindlerianum* nomen perennitati temporum, ac tot ciuibus posteritati narratis siue traditis superstitem perpetuamque reddes Tuam ac suauissimi Filii tui existimationem, cujus adeo famam nullus deinde tumulus, nulla URNA, licet corporis exuvias abscondat, tegere vel contumulare unquam poterit. Ita vale perpetuo & fave

MAX. REVER. AMPLISSque
NOM. TUI

Scribebam Lipsiæ inter curas de Urnis veterum Lygiorum publicandis & scripto illustrandis, exeunte anno 1703.

Cultori obsequisſimo

M. CHRISTIANO STIEFFIO.

JOANNIS HENRICI, CASP. FILII CUNRADI
Vita.

IOANNES HENRICUS CUNRADUS, clarum, dum viveret, Patriæ ſuæ ſidus, ſeu ut ipſe loqui (*a* amabat,

haud degener incola mundi,

natus eſt Vratislauiæ d. 4. Auguſti, ſub ipſo feſto Dominici, anno MDCXII. Patrem habuit Virum eruditione, fama & meritis nobiliſſimum, CASPAREM CUNRADUM, (*b*) Philoſophiæ ac Medicinæ Doctorem, Poetam Laureatum Cæſareum, & Vratislavienſis Reipublicæ, quam patriam ſibi obtigiſſe gloriabatur, Phyſicum, ceu vocant, Ordinarium; Matrem autem CHRISTIANAM TILESIAM, M. MELCHIORIS TILESII, Ducalis apud Bregenſes in Sileſia Gymnaſii Rectoris celeberrimi filiam, fœminam omnium, quæ ſequiori ſexui ornamento ſunt, virtutum laude florentiſſimam. Qui parentes filiolum, cujus indoles peregregia ſuis ſe ſtatim indiciis prodiderat, nondum quidem ſextum ætatis annum ſupergreſſum, Scholæ tamen Magdalene, quam tunc temporis Joannes ab Hœckelshoven Rector moderabatur, alumnum fecerunt: euentu ita proſpero, ut ex publica Collegarum Magdalenæorum, & priuata inſuper Martini Opitii, (quem in ædibus paternis Præceptorem domeſticum habuerat) inſtitutione magna incrementa caperet, atque anno MDCXXV. d. 12. Julii, patris juſſu Bregam mitteretur. Ibi Melchiorem Laubanum Rectorem publice, Andream vero Senftlebium privatim audiuit, atque ex utriusque inſigni eruditione, velut ex fonte quodam pellucido, Caſtalii nectaris rivulos aliquandiu hauſit; donec ob præmaturum dulciſſimæ matris obitum, quæ natali ſuo die videlicet 25. Septembr. anni MDCXXV. e vita diſceſſerat, domum a parente circa anni MDCXXVI. initia revocaretur. Paruit igitur paternis monitis, & alterius etiam Vratislauienſium Gymnaſii, quod Eliſabethanum adpellatur, ciuis factus, magnam ſemper operam in recitandis utrius-

que ſtyli exercitamentis, & publicis Actuum Gymnaſticorum ſolemnitatibus frequentandis poſuit. Qua ex re quum in litteris & moribus elegantiam ſingularem conſequutus eſſet, anno deinde MDCXXVIII. d. 24. Julii, Oratione de *Utilitate ſtudii Iuris* concinnata, Præceptoribus ac commilitonibus ſuis gratum vale dixit, atque ſecundo amne Viadro Francofurtum nauigauit, non tamen ſine præſentisſimo vitæ inter fluctus ac turbines in flumine exortos diſcrimine. Vivebant illo tempore in Alma Francofurtenſi præter cæteros morum ac diſciplinarum Profeſſores, tres Clarisſimi Viri, omnes *Neandri* nomen gerentes, ex quibus Joannem Neandrum in ſtudio Juris, Chriſtophorum Neandrum in Ethicis ac Politicis, Georgium vero Neandrum in Græcis, doctores habuit, poſtremumque præ reliquis omni cultu proſequutus eſt, quod iisdem cum ipſo ædibus ac victu gauderet, & pæne filii inſtar adfectu tenerrimo ab illo diligeretur. In hac ergo ſtudiorum officina per triennium commoratus, ad alias porro Academias inuiſendas animum adjecit: ſed obſtabat aduerſa totius Germaniæ fortuna, & tricennalis belli furor, qui ceu torrens quidam exæſtuans communem patriam inundabat, & Legibus inter armorum ſtrepitum triſte ſilentium imponebat.

Iſta calamitas Cunradum anno M DC XXXI. menſe Septembri a Muſis Francofurtenſibus primo impetu Milicium in Sileſiam migrare compulit, ubi ſub Chriſtophori Freyvvaldi, Dynaſtiæ Milicenſis Cancellarii auſpiciis, cauſſarum civilium adminiſtrationem in ſe ſuſcepit. Poſtea Vratislaviam reverſus idem vitæ genus elegit, atque inde Wolaviam anno M DC XXXIII. d. 26. Maji digreſſus, forenſibus iterum negociis ſeſe implicuit, idque tanto Clientum adplauſu, ut in illa ciuitate Lares figere, & d. 26. Maji anni M DC XXXVII. cum nobilisſima Virgine, *Eliſabetha Roſencrancia*, Caſparis Roſencrancii, Reipublicæ Haynenſis ProConſulis, & in eodem diſtrictu Judicis Prouincialis, filia nuptias

con-

contrahere non dubitaret. Ex quibus trinam quidem ſobolem, *Joannem* ſcilicet *Caſparem*, *Joannem Henricum*, & *ChriſtianamCatharinam*, ſuſcepit, breuisſimo autem ſpacio florentes vidit: quum ex filiis natu major Wolaviæ, alter Bregæ, uterque infantiam vix egreſſus, ſepeliretur, filia vero annos jam viginti&quatuor nata, contra votum parentis mœſtisſimi Vratislaviæ decederet, & Conjugis inſuper ſvavisſimæ d. 22. Decembr. an. M DC LXXIV. fato functæ obitus viduum marito thorum relinqueret.

Iſtiusmodi calamitatibus domeſticis preſſum publicæ etiam clades acerbiſſime adflixerunt. Primo enim Conjugii initi anno Ciuitatis Wolavienſis obſidionem primam expertus eſt, breui poſt alteram, eamque adeo lamentabilem, ut bonis omnibus exutus Bregam abire, ibique, licet exul, eadem tamen fortuna exceptus Uratislaviam remigrare cogeretur, quam patriam ſuam inſtar navigantium, qui horrendis in mari tempeſtatibus miſere circumacti ſunt, velut portum quendam anxie ſuſpexit. Itaque ibi nonnihil ſubſtitit, & Juridicæ, quam vocant, praxi rurſus indulſit quæ ipſi Magnificos Ampliſſimi Senatus Vratislauienſis Patres ita conciliavit, ut eum anno M DCXLIV. in Collegium Advocatorum Ordinariorum adſciſcerent; Celſisſima vero Domina Eliſabetha Lucretia, Teſchinienſis in Sileſia Ducatus hæres, in numerum Conſiliariorum cooptaret: quam Spartam Ferdinandus Joannes Lichtenſtainius, laudatiſſimæ Ducis filius, ipſi denuo confirmavit. Acceſſit deinde novus honorum cumulus, quando Judicii Epiſcopalis Conſiliarius, Ducalis Monaſterii Trebnicenſis Cancellarius, Excelſiſſimi Ducis Sylvii, Würtembergico-Olsnenſium Principis ad Conuentus Publicos, qui Vratislaviæ quotannis aguntur, Senator & Collega creatus fuit, ac intermedio inſuper annorum curſu D. Jacobo Curlandiæ Duci a Conſiliis domeſticis operam ſuam præſtitit.

Inter omnia isthæc honorum officia magnam sibi apud Proceres Silesiæ auctoritatem comparauit, quæ tamen tanta ei visa nunquam fuit, ut declamationes forenses priuatæ vitæ deliciis anteferret. Quicquid igitur temporis negociorum publicorum curis suffurari potuit, id omne Musis consecrauit, in quarum ocio vires sæpe fractas colligere, & virorum doctorum alloquiis vacare consueuit. Cujus rei dulcedo illum ita illexit fascinauitque, ut ab omnibus tandem muneribus sese abdicaret, & senectutis pedetentim succedentis incommoda litterariis commerciis solari contenderet. Post ergo quam ex voto sibi redditus esset, ad libros rediit, & paternæ supellectilis schedas non tantum excussit, sed sua quoque Adversaria, quæ sedulo confecerat, in ordinem redegit. Ex quibus ipsi natum est ingens volumen, quod (c) *Silesi-Poliographiam* inscripsit, in qua patriarum Silesiæ nostræ urbium origines & fata haud negligenter congessit; alius item *de Ducatuum Silesiacorum Privilegiis & Immunitatibus* tomus; ac tertium quoque Opus, in quo *Notas, Præjudicia & Obseruationes ad Statuta Vratislaviensia Processumque Ordinarium*, compilauerat.

Primarius labor in *Theatro Prosopographiæ Melicæ* versabatur, cujus operis primas lineas Caspar Cunradus Parens duxerat, qui *Prosopographiæ* suæ *Melicæ tres* (d) *Millenarios* in lucem jam dudum emiserat. Vocabat autem *Prosopographiam*, quod virorum eruditione, fama, meritis illustrium memorias, tanquam imagines quasdam, posteris ante oculos sisteret, additis uniuscujusque diebus natalibus emortualibusque, & honorum, quos viui gesserant, titulis; *Melicam* vero dixit, quod elogia singulorum singulis distichis latinis breuiter complexus esset, in quibus, poesin a se insigniter excultam semper fuisse, luculenter ostendit. Et pater quidem Cunradus, inter alia poetici generis plura, ter mille litteratores, aliosque magnæ dignationis viros stylo ligato laudauerat; filius autem

Joannes Henricus noſter veluti novus quidam Atlas parenti ſuccenturiatus, *ſeptem* (*e*) alios *Millenarios* Proſopographiæ adjecit, atque adeo Theatrum iſtud ad decimum usque millenarium adauxit.

Quanto labore, quot vigiliis labor immenſus ſteterit, illi omnino pronunciare poſſunt, qui ſimile quid aliquando moliti ſunt. Tot enim virorum illuſtrium dies natales, tot litteratorum patrias ſcrutari, tot millia elogiorum uno ſemper diſticho includere, quis eſt, qui id inter molimina maxima referre ambigat? Neque adeo mirum mihi videtur, ſi in computatione annorum natalium humani aliquid ſæpe paſſus ſit (f) Ampliſſimus Auctor. Is enim, quantum in viribus poſitum erat, nihil eorum temere omiſit, quæ ad perpoliendas tot annorum lucubrationes pertinere crederet: ſed fefellerunt eum nonnunquam indices onomaſtici, quos ſequebatur, & memoriæ quoque lapſibus interdum obnoxius fuiſſe deprehenditur. Quod tamen Viro aulicorum negociorum molibus obruto tanto minus vitio verti, aut acerbius exprobrari debet, ſi ſtupendum ſeptem millenariorum numerum reſpexeris. Ex viventibus hercle, quos conſuleret, duces amicosque ſibi elegerat viros cordatos, & vel publica, vel priuata ſupellectile libraria ad hujusmodi inſtitutum neceſſaria bene inſtructos: é quibus ſi paucos, & in illis Nicolaum Henelium, Andream Scnftlebium, Jacobum Thomaſium, Georgium Kœnigium, Chriſtianum (*g*) Daumium, Joannem (*h*) Gebhardum, Martinum Hankium, Henricum Muhlpfortum, Amoſium (*i*) Comenium, Dauidem Schindlerum, Henricum Aliſcherum, nominavero, ſatis me credo feciſſe illorum quæſtiunculis, qui ſcire deſiderant, quorum opera in euolvendis recentiorum natalibus adjutus fuerit. Id mihi etiam, quo facilius fidem inueniam, conſultum viſum eſt, quædam Epiſtolarum a B. Cunrado ad Gebhardum & Daumium ſcriptarum fragmenta ad calcem hujus elogii ſubnectere, ex quibus arctiſſimus amici-

tiæ nexus, qui Gebhardum, Daumium, & Cunradum inter se invicem colligaverat, elucescet.


Cæterum quum hæc omnia bene haberent, atque Prosopographia ad umbilicum deducta esset, nemo ex librariis aderat, qui ad excudenda folia sumptus suppeditare vellet, licet Jacobo Thomasio (*k*) parario uteretur Cunradus. Grauiter ea de re ipse conqueritur, & hæc sola caussa est, cur deinde nouo labori se accinxerit, atque ex decem millenariis Silesios solos exscripserit, quorum elogia ordine alphabetico digesta in speciale Volumen redegit, *Silesiæque Togatæ* titulo insignivit. Istud scriptum, si jocari pro more voluisset, *Ocium Lignicense* vocare poterat. Ad Lygios enim anno M DC LXXX. Vratislauia relicta (*l*) commigrauerat: siue, ut liberiorem illic quietem nancisceretur; siue, quod Gebhardus (*m*) in epistola ad Daumium conjectat, ut paternarum ædium, quas Vratislauiæ habebat, ruinam minitantium lapsum euitaret; aut inter amicorum quorundam amplexus tædia senectutis falleret.

Sed de his, quæ Lignicii cum ipso acta sunt, mea commentatione opus non habes, ad quem hæc scribo, præstantissime Schindlere. Ea fusius tibi narrabit Parens tuus venerandus, quem ob insignem doctrinam, patriæque historiæ studium, & versus insuper elegantissime condendi peritiam singularem præ aliis semper adamauit Cunradus noster. Credo etiam digniorem vix quidem fuisse inuenturum, cui schedas suas in ultimæ voluntatis tabulis adjudicaret, nisi fato quodam litterario præuentus, & a proposito distractus esset. Neminem sane unquam Famæ Cunradinæ fauentiorem vidi, quam Parentem tuum laudatissimum, & vel sola, (quæ nunc in lucem proditurа est) SILESIA TOGATA, quam cum MILLENARIIS PROSOPOGRAPHICIS ex Lauernæ manibus parata pecunia sedulo vindicauit, testis erit maximi ejus erga foetus Cunradinos amoris atque studii.

At

At enimuero quum apoplexiæ impetu semel (*n*) prosterneretur litteratissimus auctor, & marasmus senilis accederet, rerum mox suarum quotidie negligentior fiebat, rudique cuidam mulierculæ, quam ultimæ migrationis sociam Lignicium adduxerat, reculas suas omnes addixit: quo factum est, ut *Priuilegiorum Silesiacorum, Obseruationumque ad Statuta Vratislaviensium*, Volumina vilissimo fortassis precio in tabernis piperaceis vendita fuerint, *Silesi-poliographia* vero Vratislauiam deportaretur, & reliquus librorum adparatus nescio in quorum manus deueniret.

Ita famæ quasi suæ, auctoritati certe priori, & commilitonibus (*o*) quos olim habuerat, omnibus superstes Cunradus, vitæ laborumque (*p*) satur, iterato apoplexiæ ictu, lingua prius, mox vita interclusa, anno MDC LXXXV. d. 24. Maji exspiravit, quum annos LXXII. menses fere X. viuendo expleuisset. Corpus exanime splendido funere ad Ædem apud Lignicenses Petro - Paulinam (*q*) elatum est: in qua non tantum Reuerendus Pater tuus exequialem Orationem ex textu Pauli 2. Timoth. 2. 19. illi dixit; sed cæteri quoque Sacrorum Antistites, & Scholarum Rectores lugubribus epicediis memoriæ Cunradinæ parentarunt.



Ad-

Addenda.

a) Verba sunt ipsius Cunradi in Cippo funebri, quem viuus sibi ipse scripserat, quique sic incipit:

E G O

JOANNES HENRICUS CUNRADUS

haud degener incola mundi, &c.

Eo spectant etiam verba Epistolæ ad Daumium, d. 27. Jun. 1665. Vratislavia scriptæ: *Et ut cum pace Deorum æmulum Patris me diceret ipsa posteritas, IV. V. VI. VII. VIII. & IXmum Prosopographiæ Melicæ Millenarium complevi, nec non ita pridem Xmum cum bono Deo auspicatus sum, Theatrum ut extaret Reipublicæ litterariæ.* & in ultima epist. de anno 1681. *Si non Patria, inuita tamen invidia fatebitur, me haud degenerem vixisse mundi incolam.* Item in epist. ad Jo. Gebhardum d. 23. Nov. 1672. Deduxi interea temporis, (Deo sint gratiæ) ad umbilicum *Silesi-poliographiam*, quam sequentur pede presso *Priuilegia Ducatuum utriusque Silesiæ.* Opus tum lectu jucundum, tum scitu apprime utile, quo invita fatebitur inuidia, *me non degenerem mundi incolam vixisse.*

b) Parentis vitam & scripta Filius Joannes Henricus sequenti epistola ad Joannem Gebhardum d. 21. Mart. 1665. hoc modo recensuit:

CASPAR CUNRADUS P. L. Cæs. Phil. & Med. D. & Reip. Patriæ Physicus Ordinarius

N. Vratislav. Siles. d. 9. Octobr. st. v. A. C. 1571.

O. ibid. Peste d. 11. Nov. A. C. 1633. æt. an. 63. curr.

Ejus Liberi ex primo Conjugio

Cum Catharina Tilesia Fil. VIII. e quibus superstites

CHRISTIANUS, Illustrissimi Principis Oppauiensis Archiater & p. t. Rattiboriens. Physicus.

JOANNES HENRICUS, Illustr. Principis Olsnensis p. t. Consil.

CAROLUS FRIDERICUS, Pharmacopœus Teschiniensis.

Ex

Ex secundo Conjugio cum Barbara Jacobæa,

BARBARA CHRISTIANA, Jo. Kinneri vidua.

Ex tertio Conjugio

CHRISTOPHORUS, Civis & mercator Regiomontanus.

ANNA MAGDALENA, Nubilis.

Ejus libri editi

1. *Psalmodiæ Davidicæ Metaphrasis Poetica, in qua singulare carminis genus, sine omni elisione, legitur.*
2. *Prosopographiæ Melicæ Millenarii III.*
3. *Theatri Symbolici Centuriæ X.*
4. *Pratum Euangelicum.*
5. *Periocharum Euangelicarum Latino-Germanicarum Ogdoas.*
6. *Lycophron.*
7. *Anagrammatismorum Decades IX.*
8. *Mnemata Joanni Jungmanno facta.*
9. *Parodiæ Horatianæ.*
10. *Strena Natalitia.*
11. *Problema Physico-Medicum: possit ne homo aliquot annis sine cibo vivere? metricum.*
12. *Threnodia, de tristissimis seculi hujus plusquam ferrei calamitatibus.*
13. *Calumnia, carmine heroico adumbrata.*
14. *Nænia Christophoro Mettigio oblata.*
15. *Hecatomphonia Victimæ musicæ ex uno disticho.*
16. *Lausus super obitu Friderici a Gelhorn.*
17. *Expeditio Argonautica.*

Nondum editi.

1. *Practicæ Medicinalis Tomi IV.*
2. *Epigrammatum Sacrorum & Symbolicorum; Basilicorum; Basiorum & Amorum, Manalium & memoralium; Miscellaneorum Libri X.*
3. *Laurea Poetica.*

4. Curriculum vitæ ipsius Chronodist, &c.

c) de illa in Epist. ad Daumium Vrat. d. 21. Jun. *1677.*
Silesi-poliographiam pariter adornaui ad typos, modo mihi fautor commendatorque contingat. Communicauit eam auctor cum Friderico Lucæ an. 1673. Quæ Manuscripta volumina post ambages aliquot in manus Amplissimi & doctissimi Viri, Dan. Riemeri, J. V. D. & Syndici Vratislauiensis grauissimi peruenerunt. Vide Præfat. nostram ad Silesiographiam Henelianam.

d) In Epist. ad Daumium d. 27. Jun. 1665. *Pientissimi Patris priores III. Millenarios Prosopographiæ Melicæ typis jam excusos, & emendaui, & auxi pluribus in locis: inprimis Gulielmo a Quercu, δίστιχον ἐγκωμιαστικὸν tale velim apponas:*

E quercu data sunt quondam præsagia: quid si
Vaticinans ita agat pectus Apollo meum.

Item in Epist. ad Gebhardum Vrat. d. 4. Nov. 1676.
Cæterum ne Tibi, mi amice, rerum mearum quid clausum sit, scias me prædicti Theatri priores tres millenarios, (tutius licet intra Vestæ penetralia latuissent:) sine ulteriore mora & onere sub prælum missurum,

Si parcant animæ fata superstiti!

Reliquos septem ad umbilicum jam deductos, uti & Mantissam, promoueat Posteritas (si DEus velit!) grata.

e) Conf. not. (*a*) & (*d*) In Epist. ad Daumium Vrat. d. 21. Jun. 1677. *Prosopographiæ meæ Melicæ Theatrum, X. Millenariis constans, Deo sint gratiæ, ad umbilicum quidem deduxi, ansam tamen nonnihil mutaui; Ac modo Typographi animus meo se adaptaret, lucem, (si meretur) breui adspiciet.*

f) de næuis in opere Cunradino obuiis alio tempore sermonem instituemus, nec vota ciuium quorundam frustrabimur.

g) Cum Christiano Daumio litterarum commercium habuit Cunradus noster ab anno 1665. ad 1681. & quidem Joanne Gebhar-

do, qui Gymnasii Elisabethani apud Vratislauienses Con-Rector & Bibliothecarius erat, parario. Prima epistolarum hujus tenoris fuit:

Salutem & officiorum promtitudinem.

Μαργίτης *essem CL. & Excell. Vir, Dn. & Fautor admodum honorande, si non exoscularer tam benevolum & plane singularem tuum in me adfectum.* Προκαταρκτικὴν *adscribas velim Patri meo,*

Quem solum cecinit Phœbi cortina beatum;

Secundariam ut apud te obtineam, voti mei caput est & summa. Ad instantiam CL. nostri Dn. Gebhardi sitim vestram pro virili mea, ut opinor, nec & meam destitisti explere pulcerrime. Pro missis Musicis palato meo suauissime ridentibus, ingentes habeo gratias, & ecce! ἀντίδωρον, *utinam* ἀναςομοῖ! *Numerantur, modo æqui bonique consulas, huic fasciculo inclusa* γράμματα.

1. *Casp. Cunradi Evangelicar. Lat. German. Ogdoas.*
2. *Ej. Lemmatis Symbolici Centuria X.*
3. *Ej. ad Fridericum I. Reg. Bohem. decermina vota.*
4. *Ej. Homagiologia.*
5. *Ej. Bucreadum Miscella, pro strena A. 1607.*
6. *Ej. ad D.D. Bucretium strena A. 1608.*
7. *Ej. Exequiæ Bucretianæ.*
8. *Ej. Exequiæ Hobergianæ.*
9. *Ej. Strena Natalitia ad Carolum L. B. a Zerotin.*
10. *Ej. Effigiei Inscriptiones.*
11. *In Ej. æt. an. LXIII. Votiuæ acclamationes.*
12. *Ej. Epithalamia II. Conjugii.*
13. *Ej. Epithalamia III. Conjugii.*
14. *Ej. Barbaræ Jacobeæ II. uxoris Ara Manalis cum ipsa Appendicula.*
15. *Ej. Aræ Exequiales.*
16. *Godofredi, Casp. Fil. Epicedia.*
17. *Christiani, Casp. Fil.* Hirten-Gespräch.

18. *Jo. Henrici, Casp. Fil. Juvenilium aliquot.*

Reliqua MS. mea, tum Poemata, tum sermones & Epistolas; ut & Notas Priuilegiis ab Impp. S. P. Q. Vrat. benignissime concessis, & Præjudiciis quamplurimis illustratas in ordinationes & Jura Patriæ Municipalia longo usu collectas, & in ordinem σὺν Θεῷ redigendas, intra Vestæ penetralia vivus reseruo. - - - - Partus a Parente meo Macarita superiori seculo editi, vix ac ne vix quidem in nostris hic bibliopoliis reperiuntur: non editi, ut lucem successiue aspiciant, omnis in hoc sum. Pertinax invaletudo mea, & geminatus ἀποπληξίας adfectus animum calamumque retrahit moleste nimis; absit tamen quin desperem, ut volente Deo adspirarem.

Huc spectat Epicedium in funere Marthæ Daumianæ scriptum:

O Deus! harmonia cor idem quos junxit amica,
Mors fera sejunxit diuisione truci?
Est ita: Martha cadit, tua Conjux, optime Daumi
Et sophici & critici luxque jubarque chori.
Marta cadit dolor o! fatone moueberis isthoc,
Qui pariter fati cogeris ire viam?
Absit: in hoc uno tua Martha triumphat amore,
Quo tecum rursus viuat, ouetque polo.
Ergo sorte tuæ gaude, vir Candide, Marthæ,
Cui præsens seclum tale noema parat:
Una Dei cultrix, cultrix fuit una mariti,
Quamque dedit fidam soluit utrique fidem.
Carpit nunc fidei, dum morte soluta, solutæ
Præmia dia polo, præmia viua solo.

Item ex Epist. ad Gebhardum d. 15. Jun. 1674. *Pro transmissis Epithalamiis Daumianis ingentes ago gratias. Neonymphum Clariss. meo nomine salutes, quæso, officiosissime, & ni contra τὸ πρέπον, cum elegantissimo nequam concluderem:*

Annulus ut sponsæ spondente ab amante daretur
Moris erat, vetus hoc pignus amoris erat.
Annulus a sponsa potius pro pignore sponso
Donetur; digitum porrigat ille suum.

Vltima Cunradi ad Daumium epistola Lignicio 1681.

Auspicium felix, medium felicius esto,
Exitus atque noui sit felicissimus anni!

Ex tuis ad Cl. Schindlerum datis Cl. & Excell. Vir, Dn. & Fautor pl. honorande, honorificam nominis mei mentionem, non nisi cum solennissima formula gratiarum actionis accepi. Tuæ igitur amicitiæ fidem & exosculor, & ut indies magis magisque crescat, voti mei caput est. Liqui patriam ex rationibus sane prægnantissimis, quas si referrem, dies me prius deficeret, quam materia. οἰκόσιτον *hic ago, & nisi in litteris viuerem, ne quidem viuerem. Opera mea, tum Prosopographicum, tum Silesiopoligraphisum, mirum frigent. Nummaria difficultas, viriumq; mearum debilitas cogit me senem acquiescere, & ocium in collocare; in Leges vero peccare nolo, potius cum nostro Pomponio illud unice amplector: etiamsi alterum pedem in tumulo haberem, adhuc tamen addiscerem. Si non Patria, inuita tamen inuidia fatebitur, me haud degenerem vixisse mundi incolam. Communis noster Gebhardus, prout ipse scribit miserrimus est Arthriticus, & dehinc Clinicus. Meretur mehercule coronam Martyrum. Cæteri, quos Breslæ noui amicos, prope stant, estque CANDOR, (per anagramma CONRAD) in hoc æuo res intermortua pæne! Quid tum? Vitia erunt, donec homines. Animus nihilominus sapientis talis est, qualis mundi status supra lunam, semper illic serenum est. Plura ne cupis. honoratissime Coætanee? Nihil nisi cordicitus voueam, ut cum Psyche & Liberis Cœtui mortalium quam diutissime intersis, exactoque* σὺν Θεῷ *die XXIX. mensis Martii, (qui tibi per ætatem sacer fuit,) per quam plurimos videas autumnos!*

Hoc precor, hunc illum nobis aurora nitentem
Luciferum roseis candida portet equis!

In quo felici omine desino, teque denuo χαίρειν καὶ εὐπράττειν jubeo vaveoque. Dabam Lignicii, tumultuario tum calamo, tum animo parum defecato, d. XXV. Jan. sub ipso festo Conuersionis Pauli, quo Autographum tuum fugitiuo lustraui oculo, calamum protinus sumsi, meque adfectui tuo centies millesies insinuare volui. &c.

h) de Cunradi cum Joanne Gebhardo amicitia res notissima est. Paulo antequam Vratislauia Lignicium discederet, id distichon ad eum misit:

CANDOR in hoc æuo res intermortua pæne;
Ne totus moriar, clare Gebharde, veni!

i) In Epist. ad Daumium d. 20. sept. 1669. ita:
Coronidis loco & illud scias, me non ita pridem a Comenio, spectatæ doctrinæ & eloquentiæ viro, annum jam ætatis suæ LXXVIII. agente Amstelodamo litteras accepisse, indices tenerrimi erga me amoris, cui me immensum debere profiteor.

k) Epist. ad Gebhardum d. 23. Nov. 1672. *Theatrum Prosopographiæ meæ Melicæ, X. Millenariis constans, Proxeneta Excell. Dn. Thomasio, lucem jam adspexisset, nisi e transverso occurrissent nonnulla obstacula, de quibus Viri honorifice præfati expecto judicium.* Item ad eundem d. 15. Oct. 1674. *Theatrum Prosopographiæ meæ Melicæ jam pridem lucem adspexisset, nisi prægnantes difficultates me ab illius editione repressissent. Excell. Thomasius hujus caussa multum egit, cui ingentes sint gratiæ.*

l) Lusit in migrationem hanc suam seq. disticho.

Bresla vale, valeant charissima busta parentum,
Lignesium salve Funeris urna mei.

Jo. Gebhardus in ultima ad Daumium Epist. Cal. April. 1680.
Cæterum noui quod scribam, nihil mihi pro tempore est, nisi quod

ne-

nobilissimus Dn. Cunradus, amicus noster communis, ædibus suis paternis venum expositis, aliis vero Lignicii conductis, abitum jam ex urbe patria parat; fata sua expectaturus Lignicii in hac suæ senecta. Caussam prætendit onerum publicorum frequentiam, ad quæ ferenda obligantur etiam hic Vratislauiæ Viri docti, si proprias suas habeant ædes: paternarum deinde ædium ruinas minantium pericula, & alias insuper leuioris momenti caussas. Itaque studia ejusdem jam plane interrupta jacent, ut vehementer inde verear, ne ipsius jucundissimi aliquot annorum labores plane dehinc futuri sint irriti.

n) Immo non semel, sed aliquoties. Sic enim ipse jam anno 1665. ad Daumium scribit: *Pertinax inualetudo mea, & geminatus* ἀποπλεξίας *adfectus animum, calamumque retrabit moleste nimis.* Hinc sæpissime litteras ita finit: Dabam *tremula manu*, sed mente prorsus infracta e dormitorio meo Vrat. d. 25. Sept. 1675. Dabam tumultuario calamo, animoque quidem infracto, sed *manu tremula*, é museo meo Vrat. d. 4. Nov. 1676. Dabam *tremula manu*, sed animo prorsus infracto. Vrat. d. 7. Mart. 1679. Accedebant dolores calculi, de quibus ita: dolores calculi dolores esse parturientis expertus loquor. Plures edidi partus, infirmos tamen & nimis informes. Vrat. 23. Nov. 1672.

o) In primis Gebhardi sui, qui an. 1681. obierat.

p) Patet ex curriculo vitæ, quod ita finit:

QVIPPE NON EGO, SED MISERIA MEA MORITVR.

q) In qua ipse anno M DC LXXXIII. Dominica VIII. post Festum S. Trinitatis solemni formula Augustanæ Confessionis Articulis subscripsit, & Sacræ Synaxi Euangelicorum publice interfuit, quum antea Reformatorum partibus addictior esset.

De



SILESIA TOGATA.

JOACHIMUS ACHILLES, Med. D. Reipubl. Suidnicens. Physicus.

DOctior an fuerim, felicior anne? rogatum est;
Nomine me celebrem Suidnis utroque probat.

(θ. Suidnic. Sil. 4. Decembr. An. 1555. Epitaph.)

VALENTINUS, (al. Valens) ACIDALIUS, Med. D. & Poeta Laur. Cæsar.

Witstochio Famam peperit plaudente Camena,
Matris Acidaliæ natus, ACIDALIUS.

(N. VVitstochii, in Marchia, An. 1567. Clar. editis Scriptis. Draud. in Bibliotheca Classica. θ. Nissæ Sil, 25. Maji An. 1595. æt. an. 28. Thuan. Bucholc.)

JOHANNES ACOLUTHUS, SS. Theol. D. Ecclesiæ Vratisl. ad D. Elisabethæ Past. Ecclesiarum cæterarum ac Scholar. A. Confessioni addictarum ib. Inspector, Prof. P. & Judicii Eccles. Adsessor.

Candor, Suada, Patrum sanctæque scientia Linguæ
Sidus in Elysio Te statuere Polo.

(N. Glauschæ in districtu Nambslaviensi A. C. 1628. d. 5. Decembr. post studia Gedani & VVittebergæ absoluta A. 1652. d. 6. Maji Patris sui apoplectici factus Substitutus in Danslau, & post biennium Exul, Vratislaviam ad S. Christophori, inde ad S. Elisabethæ, tandem An. 1669. ad Pastoratum &

Insp. ibidem vocatus, VVittebergæ SS. Theol. Doctor renunciatus est. θ. A. 1689. d. 5. Maji Vratisl.)

M. MELCHIOR ADAMUS, P. L. & in Acad. Heidelbergens. P. P.

Quei moriar, per quem tot vivunt nomine Manes?
Vivi etiam ut vivant post sua fata, dabo.

(N. Grotkoviæ. Clar. Ed. Scr. An. 1616. θ. Heidelberg. catharro ex capite ad thoracem destillante 13. Martii, hor. 8. matut. An. 1622.)

SAMUEL AFF, in Sagevviz, Illustriss. PPrr. Monsterbergens. Consiliarius.

Hospitium mihi Bresla, mihi dedit Olsna Tribunal;
Est hinc consiliis utraque juta meis.

(N. Francofurt. cis Viadr. An. 1567. θ. VVratisl. 29. Novembr. An. 1617. ætat. an. 50.)

JOHANNES AGRICOLA, Phil. & Med. D. Reip. VVratisl. Physicus.

Sunt mihi communes tecum, Theophraste, labores;
Quidni communis surgat honoris Honor?

(N. Naumburgi, in Superior. Palatinat. 21. Martii hor. 12. noctis. An. 1590. C. E. S. θ. VVratisl. 1. April. An. 1668. ætat. an. 78. off. 25.)

JOHAN. JACOBUS, Joh. Leonhard. sen. Fil. AGRICOLA, U. J. D. Reip. VVratisl. Syndicus.

Lipsia natales mihi confert, Breslis Honores;
A Themide & Musis gratia tanta venit.

(N. Lipsiæ d. 24. Febr. An. 1597. θ. VVratisl. 23. Febr. An. 1663. ætat. an. 66. off. 10.)

MELCHI-

MELCHIOR AGRICOLA, P. L. Philologus, & Illustr. Gymnaſ. Roſenberg. Rector.

Felicem arguti Te carminis eſſe Magiſtrum,
Immixta hinc atque hinc ſalſa, Saleſque probant.

(N. Lubenæ Sil. Patre Michaele, Glogovienſ. Paſtore & Decano Lubenenſ. Matre Eſtheri Kesleria, VVratisl. 27. Martii An. 1581. Calagius. θ. clar. Ed. Scr. 1614.)

STANISLAUS AICHHEUSER, Ducat. VVrat. Scabinus Provincialis.

Nobilis es Genere & Genio Stanslae, Tuæque,
Poſteritas ait id, fida columna Domus.

(θ. VVrat. 6. Auguſt. An. 1592. ætat. an. 84. Polius in MS.)

STANISLAUS AICHHEUSER à Leonhartvviz, in Protſch, VVeida & Lilienthal &c. S. C. Mtis. Conſiliarius, & Collegii Senatorii VVratisl. Præſes.

Poſthabitis propriis, Patriæ ſervire voluptas
Una fuit, Vitæ dum fuit aura mihi.

(N. 15. April. An. 1582. Fit Senator 13. Febr. An. 1619. θ. VVrat. 27. Febr. hor. 6. veſp. An. 1643. æt. an. 61. off. 24.)

CHRISTOPHORUS ALBERTUS, Eccleſ. Eliſabetan. VVrat. Diaconus.

Culta Bolesla dedit Patriam mihi, Bresla Minervam;
Lipſia Theulogiam: Bresla Miniſterium.

(N. Boleslav. An. 1563. θ. VVratisl. Cælebs 11. Septemb. An. 1608. ætat. an. 45. Miniſt. 10. Polius.)

CHRISTIAN-BENJAMIN, Chriſtoph. M. D. Fil. ALBERTUS, Ill. Pr. Chriſtiani, Lign. Bregenſ. & VVolav. Conſiliarius.

Claret Apollinea Pater inclutus Arte: minus non
Natus ab Aſtræa laudis agalma tulit.

(Nat. VVrat. 12. Mart. an. 1642. θ. Bregæ 12. April. an. 16 æt. an. 55.)

CHRISTOPH. ALBERTUS, Phil. & Med. D. Com. Palat. Cæſ. Eq. Aurat. P. L. & Illuſtriſſ. PPrr. Olsnenſ. Archiater & Conſiliarius, Civis Romanus ut ipſique Bellarmino familiaris *Senftletii Peplus* inavit.

Tu Melicus bonus es, dedit hinc tibi Daphnida Phœbus;
Tu Medicus bonus es, Myrtum Hygieja dedit.

(N. Boleslav. 10. Auguſt. an. 1586. θ. VVrat. hydropicus 24. Novembr. an. 1646. æt. an. 60. ſeptim. 15.)

M. TOBIAS ALEUTNERUS, P. L. Eccleſ. Patriæ Miniſter.

Laurea Phœbejô ductu mihi ſerta Meliſſus;
Præconi Cathedram Patria chara dedit.

(N. Leobſchüzii Sil. 14. Aug. an. 1574. Patre Stephano, Deltſiano Bavaro, matre Dorothea Feldneria, Civibus Leobſchucienſib. C. E. S. Draud. Vixit, ed. Epigr. an. 1610. æt. an. 36. Lauream conſecutus eſt a P. Meliſſo A. C. MDIC. Idib. Quintil.

SEBASTIANUS ALISCHER, Diac. Herrenſtad. dein Lignic. hinc Eccleſ. ad B. Virg. Paſt. & Duc. Superintendens, & P. L. C.

Te placidi mores, Pietas & Caſta Poëſis
E terra ad patriæ ſidera celſa locant.

(N. Bolesl. 15. Sept. An. 1602. C. E. S. θ. Lignit. 4. Mart. an. 1674. æt. an. 71. Hebd. 24. H. 17. Miniſt. hic & alibi 43.)

BARTHOL. ANDREADES, primum Gymnaſ. Gorlicenſ. P. poſtea Schol. Stregens. Rector, Poeta cultiſſimus.

Gorlicium CHRISTI ſculpſit venerabile funus;
ANDREADES pictum carmine monſtrat idem.

(N. Suid-

(N. Suidnic. Clar. Edit. Scr. θ. Stregæ 23. Febr. an. 1572. Henelius.)

ADAMUS ANDREÆ, Scholæ Chemnicens. Rector.

Ingrati fugiens animi crimenque, notamque,
Struxit IESU Aram versificante manu.

(N. Strelæ. Flor. An. 1630. & Clar. Editis Script. An. 1639. Christianus Daumius Schol. Cygneæ Patr. Rector.)

JOHANNES ANDREÆ, Aulæ Stetinens. Pastor, & Antistes Regius.

Aula Sedinensis puri pia dogmata verbi
Me duce, suspensis auribus usque bibit.

(N. in Silesia 13. Maji An. 1580. θ. Stetini 14. Decembr. An. 1648. ætat. an. 68.)

SEBASTIANUS ANGERER, Austriacus, Primus Reformatæ Religionis Pastor in Eccles. Suidnicens. Siles.

Suidnicum Sacra pavi dape promptus Ovile;
Sit soli summo gloria summa DEO!

(θ. Suidnicii, in veneranda canitie 28. Decembr. An. 1548. ex Epitaph. Polius.)

MELCHIOR ANGERUS, Frid. IV. Elect. Palat. in Theologicis Consiliarius, & Ecclesiar. Infer. Palat. Visitator Generalis.

Ob Themidos data Tu quoque munera Nobilis audis;
Inde Palatini Te colit Aula soli.

(N. Hirschbergæ 22. Maji An. 1547. ex Bucholc. Calagius. C. E. S. Draud. θ. Heidelbergæ 20. Martii. (3. Buch. 31. Gualter.) An. 1607. æt. an. 60. curr. Johan. Fabricius. N. Polius in MS.)

NICOLAUS ANTHERUS, Aulæ Ducal. Bregenſ. Concionator, ejusdemque Ducatus Superintendens.

ANTHERUS ſanctos Biblico de germine flores
Protulit in laudes, Optime CHRISTE, tuas.

(θ. Bregæ 16. Febr. An. 1608. æt. an. 49. Polius in MS.)

M. NICOLAUS, Nicol. Fil. ANTHERUS, Eccleſ. Stroppenſ. Paſtor, & Presbyterii Olsnenſ. Senior.

Quæ dedit ante mihi dona enthea JOVA benignus,
Cum largo expoſui fœnore, præco ſagax.

(N. In minori Langenheim Franconiæ 22. Febr. S. V. An. 1590. θ. Stroppæ, catharro ſuffocativo, 30. Auguſti An. 1638. æt. an. 49. curr. Miniſt. 24.)

MATTHÆUS APELLES de Levvenſtern in Langenhoff, S. C. Mtis & Illuſtriſſimi Principis Olsnenſ. Conſiliarius.

Quæ rapuit Muſis Chronodiſticha Conſus APELLES,
Munditie arguta condidit atque ſale.

(N. Neoſtadii Sil. 20. April. an. 1594. C. E. S. θ. VVrat. catarrho ſuffocativo 11. Mart. an. 1648. æt. an. 54.)

HIERONYMUS ARCONATUS, D. Rudolph. II. Imp. Secretarius, Poeta.

Quos ARCONATUS facili dat pectine Verſus,
In Claria natus quod ſiet arce, docent.

(N. Leobergæ, Patre Hieronymo: Matre Eliſabetha Richteria; 27. April. An. 1553. Buch. Calagius. C. E. S. Daumius. Viennæ Auſtriæ 18. Junii An. 1599. ætat. an. 46. Polius in MS.

VALENTINUS ARITHMÆUS, U. J. D. Acad. Francof. Poeſ. P. P. Philologus, & Poeta.

Æmula ARITHMÆUS deducit carmina Phœbo;
Num plura expectas? Os Ciceronis habet.

(N.

20

(N. Binovvicii, prope Lignicium, 26. Januar. An. 1587. C. E. S. plur. θ. Francof. cis. Viadr. 25. Januar. An. 1620. æt. an. 33. Orat. funebr.)

DANIEL ARNOLDUS, Reipubl. Heidelberg. Secretarius.

Quæ Secreta mihi trux eruit omnia Mavors;
Mens animi mihi quæ ſit, rogitare cave.

(N. in Siles. Flor. in officio ſuo ſub captam Heidelbergam, An. 1622.)

JOHANNES ARNOLDUS ab Arnsdorff, S. C. Mtis. ut & Illmor. PPrr. Olsnenſ. & in Sileſ. Teſchinienſ. Conſiliarius.

Parva Lubena mihi Vitam, thalamumque Budorgis;
Dux titulum, tumulum Teſchina terra dedit.

(N. Lubenæ Sil. 10. Julii An. 1594. θ. Teſchinii 28. Mart. An. 1648. ætat. an. 54. curr. Henelius.)

LAURENTIUS ARNOLDUS, Philoſophus & JCtus, Epiſcopalis Principatus Libusſini Cancellarius.

Ethica ſit cordi tibi, qui cupis eſſe peritus
Juris, eam ARNOLDI publica ſcripta docent.

(N. Freiſtadii Sil. An. 1546. Clar. Ed. Jurisprudentia Ethica, An. 1615. æt. an. 69. & al. Scr.)

MARTINUS ARNOLDUS, Reipubl. Glogovienſ. Conſul.

Pro Grege dum ferro, dum pro quoque Lege trucidor,
Infortunatam dixeris anne necem?

(Juſſu Johannis Polack, Johannis Alberti, Regis Polon. in Ducat. Glogov. Capitanei &c. Decollatus ſub horis antematutinis Civitate clauſa, privatim ante portam Aulæ, 8. Novemb. An. 1493. eo, quod Jura & Privilegia Civitatis ipſo ſanguine chariora obtinuerat, & ab omni vi & violentia Cives defenderat. Polius in MS.)

ADA-

ADAMUS CASPARUS ab ARTZAT & majori Schotkavv, in Born, Blanckenavv &c. Canonicus Magdeburg. & Reipubl. Patr. Senator Consularis, & Proto-Camerarius.

Bresla mihi cunas, Artes dedit extera tellus;
Parthenope Munus, Patria chara gradum.
(N. Wratisl. 10. Maji An. 1636. Patre Georg. Frid. Matre, Eva Maria Sebisia. Clar. Legationib. Publ. θ. ibid. Atrophia Scorbutica d. 5. Febr. hor. 4. matut. A. 1678. æt. an. 42. curr.

CASPAR ARTZAT, in Born & Schotkavv &c. Reip. Patr. Senator Primarius.

ARTZAT in Aonia vigilatas Phocide noctes
Pensi habet, Astrææ celsus in æde sedens.
(N. Wratisl. 10. Novemb. An. 1571. θ. Ibid. 11. Novemb. An. 1621. æt. an. 50. Off. 18. Polius in MS.)

GEORGIUS ARTZAT, in Arnoldsmühle &c. Reipubl. Wratisl. Senator.

Orphani, ut & Viduæ Medicum me voce salutant;
Corde ferunt Patriis invigilasse focis.
(θ. Wratisl. 29. Junii An. 1595. ætat. an 50. Off. 5. Polius in MS.)

GEORG. FRIDERICUS ab ARTZAT, in majori Schotkavv, Born, Zvveybrod. &c. Reipubl. Patriæ Senator.

ARTZAT in æquidico lumen, columenque theatro,
Inque DEI & Patriæ vivat, ovetque bonum.
(N. Wratisl. 22. Junii. An. 1605. θ. ibid. 13. Mart. An. 1665. æt. an. 60. current.)

MICHAEL ASCHENBORN, P. L. Utriusque Med. D. Scholæ Lesnens. Rector, & Verbi Divini Minister in Ecclesia Nieschlodiana.

Et Schola mancipium me habet, & Sacra pulpita Templi,
Cætera quæ restant tempora Phœbus habet.

(N. Be-

(N. Bethaniæ. Flor. An. 1615. Vixit Rector Schol. Lesnens. An. 1624. Regenvolscius, in Systemat. Historico.)

SIGISMUNDUS ASCHENBORN, S. C. Mti. in Cancellaria Silesiacar. & Lusaticarum Expeditionum ab Epistolis.

Inter Adrastææ commissa negocia lassus
Aoniis recreo pectoris ima meis.

(N. Bethaniæ Flor. Pragæ An. 1615.)

GEORGIUS ASHELM, in Born, Benckvviz & Oldern &c. Reip. Wratisl. Senator.

Casside Justitiæ cinctus, clypeoque salutis
Adversus Satanæ tela, minasque steti.

(θ. Wratisl. 2. Julii An. 1605. æt. an. 43. Off. 5. Polius in MS.)

SIMON ASHELM, Reipublicæ Wratislaviens. Senator.

Auditor ne sim, sed & altor Juris & Æqui,
Nominis en! proprii sensa, notæque probant.

(θ. Wratisl. 1. Mart. An. 1559. Off. Senator. 18. Polius in MS.)

ANDREAS ab ASSIG, in Sigendorff; U. J. D. Reip. Patr. Wrat. Syndicus.

Civibus Assigii responsa Oracla fuerunt:
Queis stabilita fuit publica priva salus.

(N. Wrat. 4. Novemb. An. 1618. Patre Andrea, Tribus Aurifabror. Sen. Matre Maria Paricia. θ. in Patr. 10. Maj. Dom. Rogate, An. 1676. æt. an. 57. mens. 6. d. 6. Off. an. 20. curr.

MATTHIAS AUCTUS, Med. D. Reipubl. Wratisl. Physicus.

Auctus eras Medicæ præclaris dotibus artis;
Quis dubitet, nata hinc nominis orsa tui.

(θ. Wratisl. 16. Maji An. 1543. Off. an. 10. Polius in MS.)

AUGUSTUS, Johan. Christiani, Illmi. Pr. Ligio-Bregens. Fil. Comes in Ligniz, Dn. in Cantersdorff. &c. p. t. Ducat. Bregens. & Dioeces. Olaviens. Præfectus.

Stirpe Piastea genitus, Genitoris ut essem
Æmulus, est voti summa, caputque mei.

(N. Bregæ 21. August. An. 1627. θ. in Secessu suo Cantersdorff 14. Maji, ipsa Dom. Exaudi, intr. 8, & 9. vespert. An. 1679. æt. an. 52. curr.)

ANDREAS AURIFABER, Phil. & Med. D. Alberti, Illmi. Pr. Borussiæ Archiater, & in Acad. Regiomontan. P.P.

Relligione cluens, Coique Medentis agone
Legatus fidei res ago Justificæ.

(N. Wratisl. 29. Nov. An. 1513. ex Pantaleon, & Garcæo, Calagius. C. E. S. Gesnerus. θ. Regiomont. Boruss. 12. Decemb. Apoplexia An. 1558. ætat. an. 46. curr. ex Bucholc. Polius.)

JOHAN. AURIFABER, SS. Theol. D. prius Acad. Witeberg. & Rostochiens. P. P. deinde in Borussia Episc. Samland. & Pomesaniens. denique Ecclesiæ Elisabetanæ in Patria Pastor, & reliquar. Inspector.

Hæc mea cura fuit Patriæ servire, DEOque;
Utrumque ut facerem, Mystica sacra tuli.

(N. Wratisl. 31. Januar. An. 1517. ex Calagio, Krügerus. Uxorem duxit Saram, D. Johan. Hessi, Fil. C. E. S. Draud. θ. Wratisl. 19. Octobr. An. 1568. æt. an. 51. m. 7. d. 17. ex Epitaph. Polius & Bucholcerus.)

(B.)

HENRICUS BACHMAN, Scholæ Patriæ Ducalis prius Cantor & Collega, deinde Reipubl. ejusd. Senator.

Inservire scholæ, patriæque fovere salutem
Mi volup'; hinc Famæ nomina longa traho.

(N. Li-

(N. Lignicii, menf. Sept. An. 1574. θ. Ibid. 18. Novemb. An. 1649. ætat. an. 75.)

ELIAS BACHSTEIN, Crucigerorum cum rubra Stella per Polon, & Silesiam Wratisl. ad D. Matthiæ Magister.

Candidus in puro nitet ut torrente lapillus;
Sic nitet in fibris mens radiata tuis.

(Elect. 29. Junii An. 1610. θ. Wratisl. 1. Maji: An. 1624. Sed. an. 14. Polius in MS.)

ANTONIUS BANCKE, in Born, Lobetinz, Radixtorff, Silmenavv, Oldern & Benckvviz &c. Ducatus Wratisl. Præfectus.

Bresla dedit primas mihi, Breslæusque Ducatus;
Torquem FERDNANDUS; Quid mage Fama cupis?

(N. 17. Janar. An. 1498. θ. Wratisl. 18. April. An. 1569. æt. an. 71. Off. 38. ex Hoffmanno Polius.)

CHRISTOPH. BANNERUS, Præpositus Olsnens. ad D. Mariæ & Georgii, Pastor Döberlinus, Consistorii Ducalis Adsessor, & Ministerii Senior.

Cor tibi Relligio formarat, Suada labellum;
Hinc erat eloquio gratia tanta tuo.

(N. Wincigii Sil. Patre Martino: Matre Dorothea Schlamockia, 4. Decemb. An. 1618. θ. Scorbuto, Olsnæ 19. Julii An. 1657. æt. an. 38. septim. 33. d. 4. Wagner. in Concion.)

JEREMIAS BARTH, Med. D. prius Rei Sprottaviens. dein Guraviens. Physicus.

Me Medicis porro juvat impallescere curis;
Quæ curam hanc extra es, cætera cura vale.

(N. 26. Junii An. 1580. θ. in castro Electoral. Brandeburg. Peitz. d. 31. Octob. An. 1639. æt. an. 59.)

M. ZACHARIAS BARTH, Reipubl. Goldbergens. Consul.

Dic mihi Musa virum graviorem Barthio? an illo
Chrysoreæ melius gesserit arma rei.
(N. Niss. An. 1529. Patre Martino Senatore, Matre Catharina ex familia Stanislaorum. θ. Goldbergæ 11. Januar. hor. 8. vespert. An. 1612. æt. an. 83. mun. Scholast. an. 30. Epitaph.)

JOHANNES BARTHELIUS, Reipubl. Suidnicens. Consul.

Consulis officium gessit cum laude; Dicesque
Cum Musis parilis laudis habebit epos.
(θ. Suidnicii 5. Decemb. An. 1578. æt. an. 65. Epitaph.)

JOHANNES BARTHOLOMÆUS, Suidnicio-Sil. Medicus & Poeta.

Tu Medicus Medicis perhibere, Poeta Poetis;
Arte pari cultu Phœbus uterque tibi est.
(Clar. Ed. Scr. An. 1571. Draud.)

ENOCH BARTISIUS, Parochiæ Suidnicens. Pastor primarius.

Sunt Fidei, fideicommissa negotia nostræ;
Ut fidus doceam, CHRISTE, juvato fidem.
(N. Landishuttæ Sil. 6. Jan. An. 1578. θ. Suidnicii 14. Septemb. An. 1633. æt. an. 56. Polius.)

MICHAEL BARTSCHIUS, Lauba-Lusat. P. L. quondam Illmi. Pr. Georg. Rudolphi in Sil. Lignicens. Consiliarius.

Si sensu & verbis quod clarum, Anagramma probatur,
Tu BARTSCHI, præstas; Talia nam Tua sunt.
(θ. Wratisl. 30. Junii. An. 1642. hor. 4. matut. æt. an. 50.)

THEODORICUS a BARUTH & Bresevviz in Nevvdorff &c. Illmi. Pr. Ligio-Bregensis Consiliarius.

Fulgida

Fulgida Nobilium gestare Insignia Avorum
Est decus; at majus complacuisse DUCI.
(N. in Ducatu Bregensi. θ. Constantinopoli, in Legatione 11. Decemb. An. 1620. æt. an. 76.)

ANDREAS BAUDISIUS, Ecclesiæ Lignicensis Petro-Paulinæ Pastor & Superintendens.

Bresla mihi Patriam, Cathedram Lignesia confert;
Doctrina hanc, illam moribus orno piis.
(N. Wratisl. 3. Junii An. 1557. θ. Lignicii 6. Januar. An. 1615. æt. an. 58. m. 7. Minist. hic & alibi an. 32. Melch. Adam ex Epit.)

M. ANDREAS BAUDISIUS, Scholæ prius Stregens. Rector; deinde Reipubl. Lignicens. Scabinus & Ducalis Bibliothecarius.

Pocula Musarum cupido prius ore bibisti,
Nunc Patriæ studiis adbibis illa tuæ.
(N. Lignicii An. 1586. θ. Ibid. 26. Novemb. An 1632. æt. an. 46.)

GODOFREDVS BAUDISIUS, a Goldenhuben in Rudolphsbach, U. J. D. Com. Palat. Cæs. Illmi. Pr. Lignicens. Consiliarius & Cancellarius.

Concertant grato Musæque Themisque duello,
Ingenio indicta est ista palæstra meo.
(N. Lignicii 2. Febr. An. 1594. θ. ibid. 11. Maji hor. 6. vespert. An. 1640. æt. an. 46. septimanar. 14. diei unius. Epitaph.)

JOACHIMUS BAUDISIUS, VVratislavia-Sil. Med. D. Illmi. Pr. Friderici IV. Archiater, & Reip. Lignicens. Physicus.

Francstenium, Glacium Medicum me ait, atque Saganum,
Glogaque cum Gura, Lignis &; an satis Hoc?
(θ. Lignicii 31. Decemb. hor. 10. noctis, C. E. S. de Peste An. 1595. ætat. an. 63. Polius ex Epitaph.)

LAURENTIUS BAUDISIUS, U. J. D. Illmi. Pr. Olsnenſ. Conſiliarius.

Principis Olſnenſis ſacra me Themis intulit Aulæ;
Hinc famæ laus eſt accumulata meæ.

(N. Wratisl. An. 1526. θ. Olſnæ 22. April. An. 1581. ætat. an. 55. Polius ex Epitaph.)

LAURENTIUS M. Leonhard. Fil. BAUDISIUS, Eccleſ. Petro-Paul. ap. Lignicenſ. Paſtor Primarius & Conſiſtorii Ducal. ibid. Adſeſſor.

Laurentī pia Fata ſequi cur usque tremiſcam?
Dum CHRISTUS fidei duxque caputque meæ.

(N. Lubenæ Sil. d. 2. Auguſti hor. 4. mat. An. 1618. θ. Lignicii catarrho ſuffocativo, 4. Februar. $\frac{2}{3}$ hor. 11. veſp. An. 1679. æt. an. 60. m. 6. d. 2. hor. 19. conjugii, an. 38. miniſt. 39. Conc. funebr.)

M. LEONHARDUS BAUDISIUS, Scholæ prius Lubenenſ. deinde Ducal. Lignicenſ. Rector, denique Reip. Patr. Senator.

Phœbejo ſudans primum Præfectus in Hæmo;
Poſtea ſum Ligii portio grata fori.

(N. Lignicii An. 1587. θ. Ibid. 18. Novemb. An. 1637. æt. an. 50.)

MARTINUS BECHENFELDER, Hilberga-Francus, Ordin. Auguſt. Regular. ad B. Virg. Wratisl. in arena, Abbas.

Elyſios habitaſſe mihi pars integra campos;
Theilogiæ rivos Ars penetraſſe mea eſt.

(θ. Wratisl. 8. Nov. An. 1586. Succeſſit Ei Adam. Weiskopff, Suffraganeus Eccl. Cathedralis ad D. Joh. Wrat. Polius in MS.)

JOHANNES, Marci, Ducat. VVratisl. Capitanei, Fil. BECKENSCHLAHER, Wratislavia-Sil. prius Archi-Epiſcopus Granenſ. deinde Epiſc. Viennenſ. denique Archi-Epiſcopus Salisburgenſis.

Quot

Quot mala mi Linguæ malefida pararat Erinnys;
Tot reparat vivax Induperantis Amor.

(Multijugæ Eruditionis & Experientiæ Vir, ſimultates plurimas toleravit. Cum omni theſauro, eoque grandi ex Hungaria ſe movens, D. FRIDERICO, Rom. Imp. ſe inſinuavit, cujus amore pertractus, ad Dignitatis culmen evectus. θ. Salisburgi, Ictero nigro & hydrope, menſ. Decembr. An. 1489. Sed. an. 7. m. 11. Polius in MS.)

CASPAR a BEDAW, in Schoſſniz, Diœceſ. Cantenſ. Capitaneus.

Pontificum ſacra Jura colo, Conſultaque Legum
Obſervo; Cuivis Jusque bonumque datans.

(N. 27. Januar. An. 1598. θ. 20. Febr. An. 1661. æt. an. 63.)

GEORG. LUDOVICUS BEIER, U. J. D. Conſil. Cæſ. & Monſterb. Capituli in Inſula Vratisl. Syndicus.

Pax Verumque mihi nexu conjuncta probantur:
Antiquam dicam ſic coluiſſe fidem.

(θ. Vratisl. 4. Octob. A. 1599.)

JOHANNES BEIER, Phil. & Med. D. Reip. Lignicenſ. Phyſicus.

Lignicium noſtro medicamine ſuaviter uſa,
Clarat adhuc nomen grata memorque meum.

(θ. Lignicii. menſ. Decemb. An. 1565. Sim. Grunæus ex Epitaph.)

JOHANNES BEIER, e Reipubl. Senatore, Ducat. Vratislavienſ. Præfectus.

Gloria turrigeræ fuit hic ſpectata Budorgis,
Nec minus Aonii mellea fama favi.

(θ. Vratisl. Feria II. post Misericordias Dni. An. 1461. Off. Senator. & Capitaneat. an. 20. Polius in MS.)

BARTHOLOMÆUS BENCKIUS, Eccleſ. prius Picinenſ. deinde Berolſtadienſ. denique Patriæ Paſtor.

Præconem, pie CHRISTE, tuum me Namsla fatetur;
Vatem Bernſtadii tecta peruſta docent.

(N. Namslaviæ 15. Auguſt. ſole occidente. An. 1562. Calagius. C. E. S. pl. inprimis de Bello Picinenſ. θ. in Patria 5. Novemb. An. 1611. æt. an. 50. Miniſt. hic & ibi an. 29. Pol. in MS.)

MARTINUS, Barthol. Frat. BENCKIUS, Eccleſiæ Picinenſis Paſtor.

Fratris ad exemplum Sacrum quoque munus obivi;
Rite tuum ut paſcam da, pie CHRISTE, gregem.

(N. Namslaviæ 22. Octob. An. 1573. Calagius. θ.)

MARTINVS BENCKENDORFF, J. U. D. & P. P. Francof.

Plangite Pierides: nam Benckendorfius alter
Bartolus in vivis deſiit eſſe Bonis.

(cit. M. Joach. Maſſov. N. Croſnæ ſec. Henel. Urbe Sileſiæ extrema A. 1545. Id. Decemb. ϑ. 4. Mart. A. 162. æt. 76. Schichf. p. 4. p. 106.

M. ERASMUS BENEDICTUS, Freiſtadio-Sil. Schol. Patr. Inſtaurator.

Diſcipulis dictus Benedictus jure Magiſter;
Doctrina imbutos extulit ille ſua.

(Fuit Auditor Phil. Melanchthonis per annos 15. ϑ. in Patria 17. Mart. An. 1559. Henelius. Pol. in MS.)

JOHANNES BENEDICTUS, Eccleſiæ Cathedralis Vratislavienſ. ut & Cracovienſ. Canonicus.

Mî benedixerunt, CHRISTO Duce, Muſa, Saisque;
Ore revelato, eſt Gratia dia, loqui.
(Clar. ed. Scr. de Viſionibus & Revelationibus An. 1550. Geſnerus.)

HIERONYMVS BENZONI, Verona-Italus, in Æde S. Crucis Vratisl. Decanus, & ad D. Johan. ibid. Canonicus.

Natales, Artesque mihi dedit Itala tellus;
Bresla Cathedrales inter honora Locum.
(♃. Vratisl. 25. Januar. An. 1651. æt. an. 64. menſ. 6.)

CHRISTOPHOR. GEORGIUS a BERCK, in Herndorff & Claden &c. Eq. Sileſius.

Quam peperi Agnato Vitam, mihi Vita parata eſt;
Dignos laude Viros Muſane obire ſinat?
(N. die Veneris, ante Palmar. An. 1574. Clar. Ed. Hercule in bivio & ſtatua Mercuriali An. 1611. θ. 31. Julii An. 1627. æt. an. 53. menſ. 4. Henelius.)

JOACHIMUS a BERCK, in Herndorff & Claden &c. DD. Ferdinandi, Maximiliani & Rudolphi, Rom. Impp. Conſiliarius, Theologus, JCtus, Hiſtoricus & Philoſophus.

Elyſius merito Mecœnas Bergius audit;
Munificum magis hoc Muſa videre nequit.
(N. Herndorppii prope Glogoviam, 23. Mart. ſub exortum Solis An. 1526. Clar. Ed. Hiſtoria Biothanatographia. θ. ibid. 5. Mart. S. N. An. 1602. æt. an. 76. ex Bucholc. & Gualter. Melch. Adamus.)

WENCESLAVS, L. B. a BERCKA, in Duba & Lippa, Dn. in Sternbergk.

Cur defles Natum? Tibi quod cum dente creatus;
Dentatos nequeunt Secula ferre diu.
(♃. Prauſnicii 1. menſ. Septembr. An. 1563. Polius.)

 M. JACO-

M. JACOBUS BERELIUS, Præpositus ad Spirit. Sanct. & Pastor ad D. Bernhardi Vratislaviæ.

Teutonici Suadela fori, Suadela Latini
BERELIUS, Vates, Mystaque clarus ovat.

(N. Milvitii, Ducat. Olsnens. pago; Patre Johanne: Matre Sophia Adin &c. 9. Decemb. An. 1566. Calagius. ✝. Vratisl. vesicæ calculo post obitum exsecto, 29. Maji An. 1607. ætat. an. 41. Minist. an. 16. Polius.)

ERNESTUS a BERGA, Illustriss. Pr. Ligio Bregensi &c. a sacris reditibus.

An, quia Phœbejum scandisti culmen, adeptus
BERGA virens Famæ perpetuantis epos?

(N. Dessaviæ Anhalt. mens. August. An. 1569. ✝. Bregæ 5. Julii An. 1616. æt. an. 47. Orat. funebr.)

THEOPHILUS BERGEMANNUS, JCtus, Illustriss. Pr. Saganens. Consiliarius.

Debuit hoc fido mens heu! Ducis invida Juri;
Sanguineam insonti Nox dat opaca necem.

(N. Glogoviæ. ✝. insons intempesta nocte decollatus, 13. Junii An. 1479. Sprottaviæ in turri prius sine cibo & potu detentus. Polius in MS.)

FRIDERICUS BERGIUS, SS. Th. D. Eccles. Cathedral. Vratisl. Canonicus.

Argolicam sacris linguam miscere logismis
Prima fuit; Sophiæ cura secunda deæ.

(✝. Vratisl. 29. Septemb. An. 1648. ætat. an. 65.)

JOHANNES BERLIN, in Bogenavv, Reipubl. Vratisl. Senator.

Morte repentina licet obrutus; entheat alma
Me Pietas, veræque Integritatis amor.

(✝. in burgo suo Senex 28. Julii An. 1532. Off. 24. Polius in MS.)

ABRA-

ABRAHAMUS BERNHARDI, Sagano-Sil. in Gymnas. Illustri Schœnaichiano Mathematum P. P.

Intus & exterius celsum considero Cœlum;
Adsequor hoc cordis, corporis illud oclo.
(Clar. An. 1620. v. Theatrum Symb. Parent. p. 390.)

M. SIMON BERNT, primus Ecclesiæ Bregens. Concionator Evangelicus, & Superintendens.

Dogmatis Albiaci lucem Duce primus IHOVA
Intuli ego templis, Brega polita, tuis.
(♃. Bregæ peste 26. August. An. 1542. Minist. an. 8. Polius in MS.)

M. JOHANN. BERSCH, Schol. Neapol. Vrat. Moderator & sacri Ministerii Adjunctus.

Berschius Evepiæ & Sophiæ sua nomina credens,
Symbola habet Famæ clara ab utrisque suæ.
(N. Monsterbergæ 13. Junii An. 1592. ♃. Vrat. 11. August. 1656. æt. 64.)

M. LAURENTIUS, Samuel. & Simon. Pater, BESLERUS, Gymn. Patr. Ducal. Rector.

Me veteri atque novo Rectorem Brega lyceo
Jactitat; exsilio pellit at inde Fides.
(N. Bregæ ult. April. An. 1504. ♃. Vratisl. 1. Maji An. 1584. ætat. an. 70. off. 24. Epitaph.)

SAMUEL, M. Laur. Fil. BESLERUS, prius Eccles. ad D. Bernhard. Vrat. Cantor, deinde Schol. Neapolitanæ ibid. Moderator.

Quos vetus incinuit, quos nostra Ecclesia cantus
Rimor, & harmoniis augeo & orno meis.
(N. Bregæ 15. Decemb. An. 1574 C. E. S. Musicalib. plur. ♃. Vratisl. peste 19. Julii An. 1625. ætat. an. 51. Off. qua Cantoris, qua Rectoris an. 31. Polius in MS.)

SIMON, M. Laur. Fil. BESLERUS, prius Eccles. Mar. Magdal. Vratislav. deinde Olomucens. Strigoviens. Suidnicens. & Javoriens. denique Lignic. Cantor & Scholar. Collega.

Num quid ego trifter, fi fors mihi forte finiftra?
Quæque finiftra fugant Mufica, Mufa, merum.
(N. Bregæ 27. Auguft. An. 1583. ♃. Lignicii ex improvifo fcalarum cafu, 12. Julii An. 1633. ætat. an. 50.)

GEORGIUS a BEUSDORFF & Hertelavv, in Maliana & Clifcha &c. U. J. D. prius Ducat. Glogovienf. Syndicus, deinde S. C. Mtis Confiliarius.

Confultum Juris me publica Fama profatur;
Quod fim Theiologus, Spermologe, an doleas?
(Claruit Editis Scriptis. ♃. Vratisl. 12. Maji An. 1613.)

GREGORIUS BIBER, Reip. Patr. Senator, & Scholar. Præfes.

Per mare, per terras mens irrequieta cucurrit;
Anne mihi hinc data fint Nominis orfa, refer?
(N. Vratisl. 23. Septemb. An. 1603. ♃. ibid. 10. Julii poft 8. vefp. An. 1659. ætat. an. 56. Off. 5.)

ABRAHAMUS a BIBRAN & Kitliztreben &c. Hæreditarius in VVoitsdorff, Ducatuum Javorienf. & Suidnicenf. Senior', ut & Curiæ ibid. Regiæ Adfeffor.

Relligio, Regioque fuit mihi Patria curæ;
Hinc mea Nobilitas claruit, atque Fides.
(N. In prædio avito Kitliztreben die Matthæi An. 1575. Per Septennium peregrinatus fuit: Latine, Græce, Hifpanice, Gallice & Italice ad unguem doctus, doctiffimisque Viris chariffimus, Polius in MS. ♃. 25. Auguft. An. 1625. ætat. an. 50. Epitaph. Flos literatæ Nobilitatis & medulla. Coler.)

CHRISTOPHOR. Matthiæ Sen. Fil. BILITZER, a Biliz, Medicus, & Sereniff. Marchion. Brandenburg. Archiater.

Phœbo utrique facrum faciens, Phœbo armor utroque;
Re dat uterque frui, fed frui & ære dat Hic.
(N. Neoftadii 18. Decemb. An. 1586. ♃. ipfo Epiphanior. Fefto An. 1621. ætat. an. 35. N. Henelius.)

FRIDERICUS, Matthiæ Sen. Fil. BILITZER a Biliz, Reip. Patr. Syndicus.

Quæ patriæ & Themidi debes, BILICERE, rependis;
Ingenio iſta tuo gaudet, & illa fide.

(N. Neoſtadii 1. Auguſt. An. 1583. Vixit ed. Epigr. An. 1614. ætat. 31.)

MATTHIAS BILITZER a Biliz, Senior, Reip. Patr. Conſul; Vir Latine & Græce doctiſſimus.

Non renuet; renuat tamen ut mihi Patria famam;
In Natis mî erit hæc ſemper honora meis.

(N. Neoſtadii in Ducatu Oppolienſi, Patre Matthia; Matre Hedvvige VVildia, 22. Decemb. An. 1550. Andr. Calagius. ♃. ibid. An. 1616. æt. an. 66.)

MATTHIAS BILITZER a Biliz, Sereniſſ. Marchion. Brandeburg. Conſiliarius & Cancellarius.

Conſiliis BILICERE tuis Themis utitur ipſa;
Utitur & numeris Delius ipſe tuis.

(N. Neoſtadii Patre ὁμωνύμῳ, Reip. Patr. Conſule: Matre Roſina, ex Familia Henricorum veteri, 20. Novemb. An. 1578. Andr. Calagius. ♃. 28. Mart. An. 1620. æt. an. 42.)

ADAMUS BILSKY a Biliz, JCtus & Poeta eximius.

Eunomiæ dubitare veto decus addere Clejum,
BILSKIUS exemplo comprobat ipſe ſuo.

(N. Bilicii Sil. 24. Decemb. circ. veſp. An. 1583. C. E. S. θ. Pragæ, in caſtris Bohemicis, febri maligna correptus, Menſ. Febr. An. 1619. ætat. an. 36.)

CHRISTOPH. BIRCK, Decretorum D. & Eccl. Cathedral. Wrat. Canonicus.

Vixeris ad Canonas ſi rite; carere ſecundis
Te pietas nunquam rebus amata ſinet.

 (♃. Wrat.

(θ. Wrat. An. 1504. Epitaph.)

M. JOHAN. BIRCKENHAN, prius Ecclef. Regiomontanæ, deinde Gorlicenf. denique Patriæ in Neapoli ad D. Bernhardi Paftor, & ad Spiritum Sanct. Præpofitus.

Præpofito me culta bibit facra dogmata Bresla;
Sit fatis hoc; dum me mors negat effe fuper.

(N. Vratisl. θ. in Patria 14. Junii An. 1584. ætat. an. 57. Minift. hic & ibi an. 30. Polius in MS.)

JOHANNES GUALTERIUS BIERMAN, Ecclefiar. in Ducat. Bregenf. Superintendens, & Concionator Aulicus.

E fcholico miffum me pulvere Brega recepit,
Cælifluo ut pafcam credita corda cibo.

(N. Hanoviæ 29. Januar. An. 1613. θ. Bregæ 20. Septemb. An. 1670. æt. an. 57. m. 8. minus d. 9. Orat. fun.)

ANDREAS BIRNERUS, U. J. Cand. & Practicus, ut & Reip. Breg. Senator.

Ante Patronus erat Legum, Pater inde, facrarum
BIRNERUS, cauffæ dans fua vota bonæ.

(Clar. ed. Epigr. Symb. An. 1616. θ. Bregæ 5. April. An. 1640.)

JOHANNES BLAUFUSS, U. J. Cand. & Practicus, ut & Reip. VVratislavienfis Scabinatui a Secretis.

Melpomene Vates inter te dia locavit;
Juridicos inter poft locat alma Themis.

(N. Monfterberg. 11. Januar. An. 1590. θ. Wratisl. 18. Junii An. 1641. æt. 51.)

JOHANNES BLEUELIUS, Ecclefiæ Raudenenf. Paftor, ejusdemque Diftrictus Senior.

Me DEUS, atque Patrum veneranda exempla piorum
Moverunt; fed ego Relligionis opus.

(N. Bo-

(N. Boleslaviæ 22. Nov. An. 1584. θ. Raudenæ 20. Mart. An. 1655. ætat. an. 71. ſeptim. 17.)

M. WILHELMUS BLOTHNER, Scholæ Frauſtadianæ Rector.

Laus aliis verſare forum, morboſque fugare;
Me teneras mentes erudiiſſe juvat.

(N. In pago Pillapœno Ducat. Boruſſiæ 2. Mart. An. 1572. Vixit ed. Epigr. Symb. 12. Maji An. 1611. ætat. an. tum temp. 40. curr.)

JACOBUS BLUMELIUS, U. J. D. & Acad. Lipſienſ. P. P.

Patria Jaura mihi, ſtudium Themis, hoſpes Elyſter;
Officium Clariam Jura docere manum.

(N. Iauraviæ. θ. Lipſiæ An. 1598. Polius.)

M. JOHANNES BOCATIUS, P. L. Reip. Caſlovienſ. Conſularis, & Sereniſſ. Pr. Tranſilvaniæ Hiſtoricus.

Nomen habes magnum Muſarum nomine, nomen
BOCKATII quod habes nomine, majus erit.

(N. Wratisl. 25. Decemb. An. 1569. C. E. S. Draud. θ. Hunnebrodæ in hybernis 4. Octob. An. 1621. ætat. an. 52. N. Henelius.)

ABRAHAM a BOCK, in Klip. & Salhauſen, Eques Sileſius, IV. Ducum Saxonicorum Conſiliarius.

Quos habet Aula, gradus adii feliciter omnes,
Eloquiis; Neſtor, conſiliisque Cato.

(θ. Dresdæ 6. Octob. An. 1603. æt. an. 72. Conſil. 46. N. Hencl.)

WOLFGANG a BOCK, in Hermansdorff, Eques Sileſius, U. J. D. Illmi. Pr. Lignic. Friderici II. Conſiliarius & Cancellarius.

Pro Patria Zechos contra mihi ſermo peractus,
Laude Periclea dat mea fata frui.

(Flor. An. 1546. & Clar. aſſiduis Legationibus. Curæus in Annal.)

NICOLAUS BOCKSHAMMER, Eccleſ. Prausnicenſ. Paſtor & Senior.

Fulmi-

Fulmina quid Legis, CHRISTI quid Gratia possit,
Commisso e sacro Codice monstro gregi.
(Flor. An. 1611. & C. E. S.)

JOHANNES BOCKWITZ, Eques, & Senatorii Collegii VVratislav. Præses.

Inter Justitiæ Consultos clara Budorgis
Principe me statuit, JAH moderante, loco.
(θ. Wratisl. 20. Maji An. 1574. æt. an. 88. Off. 40. Polius in MS.)

NICOLAUS BODENSKY, SS. Th. D. Ecclesiar. D. Johan. & S. Crucis VVratisl. Senior & Canonicus, ut & S. Annæ Cracoviæ Præpositus.

Quis? Qualis? Quantus fuerim? Vin' scire Viator;
Theiologus priscus, Præpositusque pius.
(θ. Wrat. 1. Januar. An. 1586. Epitaph.)

BERNHARDINUS BOGENDANTZ, Poeta elegantiss.

A plectro & choreis tribuit tibi nomen Apollo;
Ingenii trutinans Musica dona tui.
(N. Lignic. Flor. An. 1528. & C. E. S. Gesnerus, Michael Bogendantz. θ. Lignicii 10. Jul. An. 1513. Epitaph.)

DOMINICUS BOGENGRUND, Gymn. Elisab. VVrat. PP.

Musa Bogengrundum calamo æternante beavit;
Istius e genio nempe habet illa Genus.
(N. Francostein. Dn. Nicol Rhedigeri, Capitanei Wrat. Libb. quondam Ephorus. θ. VVrat. 15. Junii An. 1574. ætat. an 56. Off. Schol. an. 5. Pol. in MS.)

HIERONYMUS BOHME, JCtus Illmi. Pr. Monsterberg. Consiliarius.

Principis arbitrium vigili curasse labore
Post unum, mihi erat maxima cura, DEUM.

(θ. 9.

(θ. 9. Decemb. An 1590. ætat. an 63. Pol. in MS.)

DAVID BOHEMUS, Ecclef. Berolftad. Aulicæ & Oppidanæ Paftor, Confiftorii Adfeffor & Presbyterii Senior.

Commiffas & amavit Oves, pavitque BOHEMUS,
Hinc & amatus humo, cœlo & amandus erit.

(N. Berolostadii 2. April. An. 1605. ϑ. ibid. 9. Febr. An. 1657. æt. an. 52.)

JACOBUS BOHEMUS, Philofophus Germanus.

Teutonicum vin noffe Sophum? pervolve BOHEMI
Scripta; λόγῳ num fint congrua, jufte, refer?

(N. in veteri Seidenburg, duob. milliarib. a Gorlicio diftante, An. 1575. Parentib. Jacobo, Patre: & Urfula, Matre, é gente rufticorum. ϑ. Gorlicii, in ædib. fuis, prope Nifum fluvium d. 18. Nov. S. N. h. 6. mat. Dom. XXIV. poft Trin. An. 1624. æt. an. 50. curr. Orat. funebr. Scr. Librum de Myfterio Trinitatis cum multis aliis. Quanquam ille homo futor fuerit, neque animum litteris applicuerit, mira tamen, fed plerumque adeo obfcura & involuta, ut fatis ego ea capere non poffim, fcribit. Autor Animadverfionum ad Religionem Medicorum, ad Sect. 12. Francifc. Irenicus.)

PETRUS BOHEMUS, Evangelicæ Religionis primus Paftor Niffæ, in Silefia.

Relligionis opus promovi primus in Æde
Niffena; Summo Laus ea prima DEO!

(N. Novofori. ϑ. 28. Octob. An. 1617. ætat. an. 35. Minift. an. 5. Pol. in MS.)

M. ELIAS BONVINIUS, Guttwein/ Ecclef. Patr. Elifabet. Symmyfta.

Vinea quæ CHRISTI peperit, bona vina propinas
BONVINI; hinc puto funt Nominis orfa tui.

(N. VVratisl. Johanne, & Catharina Rautenhania, Parentibus,

16. Auguſt. An. 1547. calagius. ✝. ibid. Calculo 23. Maji An. 1616. æt. an. 69. Off. Schol. 10. Eccl. 30. Pol. in MS.)

ELIAS BONVINIUS, Guttwein/Med. D. & in Patria Practicus.

Vina Parens cordis, tu corporis, ambo medentes,
E genii cella promitis (euge!) boni.

(N. Wratisl. Patre, M. Elia: Matre, Anna Lochmannia; 18. Febr. An. 1576. Calagius. C.E.S. (Libro de Theriaco edito Vratisl. A. 1620.) Draud. θ. In Patria 30. Januar. An. 1612. æt. an. 36. Polius in MS.)

MARTINUS, Pauli Fil. BORECK, Med. D. Annalium Bohemicorum Scriptor.

Bojemæ Gentis me fataque factaque clarant;
Et prona in laudes eſt Meditrina meas.

(N. Vratisl. Flor. An. 1587. & C.E.S. inprimis Chronico Bohemiæ. Draud.)

PAULUS BORECK, Med. D. & Poliater Wratislavienſis.

Artis Apollineæ næ PAULUS amabile lumen,
In Nato (pia laus) vivit, ovatque ſuo.

(✝. Wratisl. An. 1590. ætat. an. 64. Polius in MS.)

WILHELMUS, L. B. a BORECK, in Roſtropiz &c. Conſiliarius Cæſareus, & Ducat. Wratisl. Capitaneus.

Eurynomen colui, fovi Mavortis alumnos;
Hinc utriusque feror Duxque, Caputque chori.

(N. 24. April. An. 1596. θ. Wratisl. 12. Novemb. An. 1641. ætat. an. 44. m. 3. Sepultus in Templo S. Vincentii. Epitaph.)

ZACHARIAS BORNMAN, Aſtronomus & Aſtrologus experientiſſ.

Aëreas

Aëreas tentasse domos mea magna voluptas;
Major at, Æthercam vera iniisse fide.
(Clar. Astrolabio ad miraculum exculto. θ. Wratisl. 26. Dec. An. 1599. æt. an. 62. Pol. in MS.)

ADAMUS a BORWITZ & Hartenstein &c. Illmi. Pr. Ligio-Bregens. Consiliarius, & Ducat. Bregens. Præfectus.

BORWITIUS Grajæ columen, Latiæque Minervæ,
Bregéi viguit luxque, Caputque fori.
(N. Hartensteinii, in Ducat. Lignic. 3. Januar. An. 1594. θ. Bregæ 18. Novemb. An. 1652. æt. an. 59.)

JOSEPHUS BOTICHER, Ecclesiæ Erphordiensis Pastor.

Nomine, doctrina, vitaque exauxit ovile;
Quei non in terris vivat, ovetque DEO.
(N. Olsnæ 24. Decemb. An. 1565. θ. Erphordiæ 29. Novemb. An. 1635. ætat. an. 70.)

M. JOHANNES BRACHMANNUS, prius Schol. Gurens. deinde Fraustad. Rector.

Libera BRACHMANNUS docte canit, atque ligata;
Proximus Andino, nec Cicerone minor.
(N. Lignicii 17. Junii An. 1571. θ. Fraustadii 28. August. An. 1631. ætat. an. 60. m. 2. d. 14. Epitaph.)

JOHANNES BRACHVOGEL, Illustriss. Pr. Dn. Georg. Rudolphi Lignic. Consiliarius.

Longinquo rediens, propria sub pelle quievi;
Principis ante diem me pia cura vocat.
(N. Lignicii 9. Mart. An. 1584. θ. ibid. 25. Febr. An. 1650. æt. 66.)

GEORGIUS, L. B. a BRAUN, in Wartenberg & Pralin &c. Consiliarius Cæsareus, & Cameræ Sil. Wratisl. Præses.

 Cæsa-

Cæſareæ exauxi Cameræ emolumenta , meoque
Præſidio eximiis turſit opima bonis.

(Solenniter introductus per Martinum, Epiſcop. Wrat. 27. Januar. An. 1580. θ. Wratisl. in Burgo Cæſar. 6. Januar. An. 1585. æt. an. 60. Off. 5. Pol. in MS.)

M. SIMON BRAUN, Eccleſ. Lunæburg. ad D. Michael. Paſtor.

Quinque habui (pia ſic voluerunt fata) maritas;
Doctrina anne ideo ſit mea prava? refer.

(N. Vratisl. θ. Lunæburgi 15. Jun. An. 1570. Miniſt. an 25. Polius in MS.)

DAVID BREITHOR, U. J. D. & apud Ligniceuſ. Practicus celeberrimus.

Ampla dices hic porta fuit, ſupraque Camenas
Arduus Æquidicî tranſtra meavit Heri.

(N. Lubenæ 6. Mart. An. 1585. θ. Lignicii 26. April. An. 1632. æt. an. 47.)

JOHANNES BREITHOR, P. L. Cæſ. Ducat. Glogovienſ. Secretarius.

Porta patens Muſis es, mi BREITHORE, diſertis;
Haſce diurnantes vis quia, nomen habes.

(N. Lubenæ 16. Octob. An. 1561. Clar. ed. Epigr. An. 1591. θ. Glogoviæ 18. Septemb. An. 1616. ætat. an. 55.)

PAULUS BRESLERUS, Eccleſ. Berolſtadienſ. Paſtor & Senior Primarius.

Caneſcant alii mento, me mente fuiſſe,
Bernſtadii dicet concio tota, Senem.

(N. Olsnæ m. Januar. An. 1578. θ. Berolſtadii 1. Febr. An. 1617. ætat. an. 39.)

NICO-

NICOLAUS BRIEGER, Decretorum D. Eccleſ. Wratisl. Cathedralis Cuſtos & Canonicus.

Unicum in hac vita fuerat mihi Chriſtus aſylum;
Nil igitur timui tela triſulca necis!

(θ. Wrat. 18. Octob. An. 1496. Epitaph.)

JACOBUS a BRUCK, cognomento Angermünd de Roſenthal, Sileſius, JCtus, Philologus & Poeta.

Si taceant leges, ſi linguæ, Emblemata, Metra;
At virtute tua vincere fata potes.

(C. E. S. An. 1616. Draud. vixit Coſſentini, An. 1620.)

JOHANNES a BRUCK, cognomento Angermünd, Reip. Wratisl. Senator.

Quæ mihi ſimplicitas animi, ſapientia cordis;
Officii ratio dictat, aitque, mei.

(θ. Wratisl. 23. Auguſt. An. 1550. ætat. an. 83. Off. Senator. an. 13. Polius in MS.)

HENRICUS BRUSKY, Reip. VVratisl. Senator Primarius.

Mercurio doctam ſociaſti jure Minervam;
Iſte epos, hæcce tibi conciliavit opes.

(N. 17. Mart. An. 1602. θ. Wratisl. ex gravi pulmonum adfectu 30. Auguſt. An. 1654. ætat. an. 53. current.)

ADAMUS BRUXIUS, utriusque Med. D. Illuſtriſſ. Pr. Anhaltin. Archiater.

Simonides redivivus ohe! ſub imagine BRUXI eſt;
Nil Mnemone, Lethen quod vereatur, habet.

(N. Sprottaviæ die Solis proximo ante CHRISTI Natalem. An. 1572. C. E. S. edidit Simonidem Redivivum Lipſiæ An. 1610. θ. in Patria 24. Maji An. 1639. æt. an 67. curr. Orat. fun.)

ABRAHAMUS BUCHOLCERUS, prius Schol. Grunæberg. Rector, dein Eccl. Sprottav. & Crossens. denique Freistadiens. Pastor. Chronologus.

Temporis historias vasti per secula mundi
Indice felici continuare, meum est.

(N. in pago Schœnavv, 6. milliaribus Witteberga distante, (Patre, Georgio, primo Evangelicæ doctrinæ ad Sprevum Pastore, mortuo 1. Nov. An. 1539.) 28. Septemb. An. 1529. ex Saurio & El. Reusnero, Calagius. C. E. S. Draud. In ejus pectore se tota venustas condidit. Mich. Neander in Descript. Orb. terr. ♰. Freistadij 14. Junii An. 1584. ætat. an. 54. m. 8. d. 7. Off. Schol. & Eccles. an. 19. ex Polio & Thuano Melch. Adamus.)

ABRAHAMUS, Abrahami Fil. natu minor, BUCHOLCERUS.

Gaudeat Historicis iste istis, ille sed illis;
Mi Patris hic Index Historici instar erit.

(Clar. Ed. Continuatione Indicis Chronologici ad usque An. 1516. Dedicavit Senatui Reip. Sprottaviens. Impress. Francof. ad Mœn.)

GODOFREDUS, Abrah. Fil. natu major, BUCHOLCERUS, Reip. Gorlicens. Notarius.

Historicos Patris aucturus Godofredus agonas
Concidit, hac multis mors data morte Viris.

(N. Grunæbergæ. Clar. Ed. Continuatione Indicis Chronologici ad An. usque 1598. Vixil. An. 1604. Polius.)

CHRISTOPH. BUCHWELDER, Scholæ prius patriæ Rector, deinde Reipubl. ibid. Senator.

In nemus abducis Clarium, librosque recludis;
Quis non hoc felix, Te duce, currat iter?

(N. Boleslaviæ An. 1566. C. E. S. & quidem variarum cantionum sacra-

ſacrarum collecto volumine, Görlic. primum, poſt Vratis-laviæ excuſo. ♃. ibid. d. 5. Maj. An. 1641. ætat. an. 76.)

M. JOHANNES BUCHWELDER, Eccleſiæ Strelenſis Paſtor.

Quæ nota ſalvifici ſit præſtantiſſima Cætus,
Codicis e ſacri profero ſcrutinio.

(N. Sprottaviæ 18. Junii An. 1564. C. E. S. ♃. Strelæ 6. Novemb. An. 1632. æt. an. 68. m. 17. Miniſt. an. 45. Orat. funebr.)

M. JOHANNES BUCHWELDER, Ill. Gymnaſ. Bregei P. P.

Tu mihi doctorum fragrans es ſylva Librorum,
Innuit hoc nomen; nec tuus ardor abeſt.

(N. Freiſtadii 9. Maji An. 1593. ♃. Bregæ 4. Maji An. 1645. ætat. an. 52)

CHRISTIANUS BUCKISCH, Med. D. Illuſtriſſ. Pr. Lignicenſ. Bregenſ. & VVolavienſ. Archiater.

Lanificæ mea nî turbaſſent fata Sorores,
Auxiſſem, hoc ipſo Principe, laudis epos.

(N. Carnoviæ m. Decemb. An. 1627. ♃. Olaviæ febri maligna 23. Januar. An. 1665. ætat. an. 38.)

DANIEL BUCRETIUS, Rindfleiſch/ Phil. & Med. D. Archi-Ducis Caroli, Epiſcopi Vratisl. Archiater, & Reip. Patr. Phyſicus.

Te Medicum perhibent, BucretI, multa, Sophumque;
Vatem Bilbilici Vatis operta dabunt.

(N. Vratisl. Patre Andrea, & Urſula Gengeria, Matre, 12. Sept. intr. hor. 1. & 2. noct. An. 1562. Calagius. Hoc ipſo die M. D. & ſponſus factus eſt. Bucretii Nomen a Præceptore ipſius Joh. Caſelio impoſitum fuit. Bucholz. ♃. in Patria 26 Junii An. 1621. æt. an. 58. m. 9. d. 14. off. 18. Pol. in MS.)

DANIEL, Daniel. M. D. Fil. BUCRETIUS, Rindfleiſch/ Ph. & Med.

& Med. D. Dominicanorum, sive Prædicatorum Conventus Reformati Parisiensis S. Mariæ Annunciatæ, in suburbio S. Honorati; Inde Nomen assumsit JOHANNES a S. THOMA.

Lampada SPIGELIUS mihi tradidit; Omnis in illo
Suada Latina suum me, Attica habetque decus.

(N. Vratisl. Clar. Ed. Scr. ♃. Lutetiæ Parisior. 29. Septemb. An. 1631.)

THEODORUS, Daniel. Med. D. Fil. BUCRETIUS, Rindfleisch/ Reipubl. Nissensis Consul.

Patris ad exemplum sacris me dedo Camenis,
Cætera præ Coo, mî Themis alma placet.

(N. Vratisl. Clar. An. 1632. An. 1616 edidit Carmen Gamicum Sorori s. Margarethæ.)

JOHANNES BURGERUS, Ecclesiæ Laubnicensis Pastor.

Dania visa mihi est; mihi visa est Suecia; visa est
Prussia; quod reliquum Theulogia alma feret.

(N. Sagani 24. Januar. An. 1553. ♃. in officio apoplexia tactus 20. Decemb. an. 1604. an. 51.)

JOHANNES BURGHARDUS a Levvenburg, in Kavver &c. Reip. Patr. Senator. primarius, Reique bellicæ Proto-Commissarius.

Ut leo magnanimus struit agmina sæva luporum;
A Patriæ castris sic ego pello lupos.

(N. Vratisl. 14. April An. 1611. ♃. in Patria, apoplexia, 22. Dec. an. 1677. æt. an. 67. curr. off.)

NICOLAUS, Sigism. Fil. L. B. a BURCKHAUS & Stolz, in Jansdorff, Schiltberg, Petervviz &c. Ducat. Monsterberg. & Diœces. Francosteiniens. Præfectus, Consiliarius Cæsar. & Cam. Sil. Præses.

Elysiæ Cameræ Cæsar mihi credidit arcem;
Hoc genus, hoc virtus promeret atque fides.

(N. Fran-

(N. Francosteinii 12. Novemb. An. 1562. ♃. Vratisl. in Burgo Cæsar. 1. Julii An. 1619. æt. an. 57. Pol. in MS.)

NICOLAUS a BURGHAUS, L. B. in Stolz &c. Cæsar. Consiliarius & Camerarius, Ducat. Francosteiniens. Præfectus.

Quos propria merui Virtute, Fideque, decores;
Adjeci Domui (vernet o illa!) meæ.

(N. An. 1591. ♃. An. 1640. æt. 49.)

SIGISMUNDUS a BURGHAUS, Dn. in Stolz & Schiltberg &c. Consiliarius Cæsareus, & Ducat. Monsterberg. Præfectus.

Dictus Aristides Patriæ Burghusius oræ;
Adsertor Juris, Justitiæque fuit.

(♃. Stoltzenæ 13. Maji An. 1587. Henelius & Polius.)

ANDREAS BUTHNERUS, Med. D. & in Patria Poliater.

Me Medicum celebrem clara est experta Budorgis;
Theriacæ adfirmat fabrica docta meæ.

(N. Vratislaviæ mens. April. An. 1517. Duxit in uxorem Annam, ex altera Conjuge D. Johan. Hessi Filiam. C. E. S. ♃. in Patria 19. Martii An. 1603. æt. an. 86. Polius.)

WOLFGANG. BUTHNERUS, Reip. Vratislav. Senator.

Partem constituit Virtus me rara Senatus;
A meritis mortem post mihi Fama solo est.

(♃. Vratislav. 7. August. An. 1569. ætat. an. 57. off. 17. Hoffman. Polius.)

SAMUEL, Matthiæ Namslav. Past. Filius, BUTSCHKY, Pastor ad S. Christophori Vratislav. Polonicus.

Sarmatico Christi pandens idiomate Verbum,
Nil veritus patrio syrmate scripta dare.

(N. Namslaviæ 29. Mart. An. 1564. C. E. S. Vratisl. 5. Octob. An. 1627. æt. an. 63. Minist. 10. Pol.)

ABRAHAMUS BZOVIUS, Polonus, Ord. Prædicator. SS. Theol. D. Cænobii ad D. Alberti Vrat. Prior. Historicus.

Historiæ valeant! Ceslai malo Prioris
Fratribus Ossa sient Relligiosa meis.

(Clar. Ed. Historiis Ecclesiasticis ab Orbis redemti, An. 1198. Janus Nicius Erythræus. Vixit Vratislaviæ, An. 1607. Polius.)

M. MICHAEL CÆLIUS, Gymnasii Elisabetani Vrat. Conrector & P. P.

Mens celo deducta, dein bene tradita Celo est;
Inde venit meritis nomen, honorque tuis.

(N. Garciæ 18. Febr. An. 1587. θ. Vratisl. peste. 26. Julii An. 1633. ætat. an. 46.)

JOACHIMUS CÆSAR, transversis voculis dictus, Æschacius Major, Philosophus & Poeta.

Cæsar es, es Vates, Sophus es; quid porro requiris?
Cum Sophia & Musis dividis imperium.

(Flor. Glogoviæ An. 1611. Scripsit Libellum de Amore Eduardi III. Angl. Regis, An. 1612. quem vocat *Rationis & Appetitus pugnam*. Clar. Edito *Scrutinio Ingeniorum*, pro iis, qui excellere voluerunt. D. Meyer ad libr. 1. Pol. Cell. cap. 4.

BENJAMIN CAL, in Golf- & Polsdorff &c. U. J. D. Sacr. Cæs. Majestatis, ut & Ill. Pr. in Sil. Lignicens. denique Supremæ per utramque Sil. Præfecturæ Consiliarius.

Phradmosyneque Diceque duces me Principis Aulæ
Sistunt; Consiliis sum bonus inde meis.

(N. Lignicii 25. Febr. Ao. 1588. θ. Vratislav. ætat. circiter 50. Sepult. in Templo Albertino ibid.)

M. AN-

M. ANDREAS CALAGIUS, P. L. C. prius Schol. Glacens. Rector, deinde Gymnas. Mar. Magd. Patrii P.P.

Ter tria me Phœbi coluerunt numina vatem;
Fama fui Musis, sed mihi pœne fames.

(N. Wratisl. Vito & Magdalena Saurmannia, Parentibus, 30. Novemb. hor. 2. matut. An. 1549. C. E. S. Draud. θ. in Patria 21. Nov. An. 1609. ætat. an 60. Polius in MS.)

GEORGIUS CALAMINUS, P. L. Cæs. Scholæ Lincensis Rector.

Mnemosyne Eugenien Musa adplaudente salutans,
Te tabulæ inscripsit, culte Poeta, suæ.

Georg. Tilenus in Epigr.

Non miror dulces Calaminum fundere versus:
A Musis calamum nam Calaminus habet.

(N. Argentimonti 23. April. An. 1547. C. E. S. Draud. θ. Lincii 1. Decemb. S. N. hor. 2. noct. An. 1595. ætat. an. 48. Melch. Adamus.)

PETRUS CALAMINUS, Silesius, SS. Th. D. prius Acad. VVittebergens. deinde Heidelbergens. P. P.

Dia pronœa tuos rexit, CALAMINE, labores:
Pantatope valeat! Clarus ubique viges.

(θ. Heidelbergæ 25. Novemb. S. N. An. 1598. ætat. an. 42. Ex Bucholcero, Gualter. El. Reusner.)

MICHAEL CALERTUS, SS. Th. Licentiat. Eccles. Bischoffsvverdens. Superintendens.

Mirentur Genios alii, confictaque honorent
Nomina; dum vixi, numen IHOVA fuit.

(N. In Silesia 24. Januar. An. 1588. θ. Bischoffsvverdæ 10. Maji An. 1655. ætat. an. 67.)

ANDREAS CAMERARIUS, JCtus & in Republ.
Patr. Practicus celebris.

Lex hominum legi divinæ congrua nî ſit,
Non ſit lex; menti ſumma ea poſta meæ.

(N. Wratisl. An. 1569. Clar. ibid. An. 1609. æt. an. 40. θ. in Patria.)

BALTHASAR CARISIUS, Med. D. Reip. Glogovienſ. Poliater.

Corpora perſanans medica CARISIUS arte,
Omnibus eſt charus, clarus & inde ſolo.

(N. Bethaniæ 12. Octob. An. 1576. ♃. Glogoviæ 27. Junii intr. hor. 11. & 12. An. 1625. ætat. an. 49. Jonas Melideus in Panegyri.)

CAROLUS I. Dux in Sil. Monſterberg. & Olsnens. Ducis Henrici F. Georgii R. Boh. N. per utramque Sileſiam Præfectus.

Auſpiciis geſtas dum ſceptra vicaria Regis
Carole, Sleſiaca & Terra Bohema calent.

(N. Glacii in Arce Ducali 3. Maji A. C. 1476. Duxit Hedvvigen Johannis Ducis Sagan. & Glogovienſis Filiam. Fit ſupremus Gubernator Regni Bohemiæ Rege Ludovico volente 10. Febr. A. 1523. Præmonſtratenſes introducit in Cœnobium S. Vincentii 14. Jan. An. 1530. ♃. Francoſt. in arce, ibique ſepultus 31. Maji An. 1536. æt. an. 63. Polius in MS. El. Reuſner.)

CAROLUS, Caroli Archiducis - Fil. D. Ferdinandi II. Rom. Imp. Frater, Archi-Dux Auſtriæ, Teutonici Ord. Magiſter Generalis, Epiſcopus Wratisl. XLIV.

Carolus Archiducum qui Sanguis Epiſcopus audit;
Brixia cum Bresla teſtificatur epos.

(N. Grætii in Stiria, Matre Maria, Duce Bavariæ, 7. Auguſt. S.

N. hor. 3. matut. An. 1590. Calagius. Episc. elect. Wratisl. 7. Julii An. 1608. ♃. Madriti febri, & capitis apostemate. 28. Decemb. A. 1624. æt. an. 35. curr. Corpus sepult. Escurial. in Templo S. Laurentii, ad latus Sororis, Margarethæ; Cor vero ipsius balsamo inunctum, prout Testamento disposuit, Nissæ conditum. Polius in MS.)

CAROLUS JOSEPHUS, D. Leopoldi I. Rom. Imp.
Frater Germanus, Episcopus Wratislaviensis.

Relligio, Imperium, Prudentia, Candor, Amorque,
Quina sub Augusto funere culta jacent.

(N. Viennæ in Austria 6. August. An. 1649. ♃. Lincii 27. Jan. An. 1664. æt. an. 15.)

ALBERTUS CARRABISIUS, prius Eccles. Neapolitanæ Wratisl. Diaconus, deinde Pastor Taurensis.

Dogmata Aristotelis media inter sacra volutans,
Grande brevi in tabula do tibi, lector, opus.

(N. Zaplvvicii, Jacobo & Anna Montvvicia, Parentibus, 24. Mart. An. 1572. A. Calagius. C. E. S. plur. θ. Wratisl. 8. Febr. int. hor. 2. & 3. matut. An. 1644. æt. an. 72. Minist. Wrat. an. 5. Taurens. 42. Polius.)

GULIELMUS (al. VVenceslaus) CASSOTINUS, SS. Th. D. Eccles. Cathedralis Wratisl. Thesaurarius, Custos & Canonicus.

Optimus est CHRISTI sanguis thesaurus & ingens;
Hunc volui; Gazæ sint, valeantque soli.

(θ. Wratisl. 22. Januar. An. 1560. ætat. an. 76. Epitaph.)

ANDREAS CELICHIUS, Ecclesiæ Patriæ Pastor & Decanus.

Sim nullus, Jovæ si quid cupiam absque salute;
Est mihi Jova salus; hunc docuisse juvat.

 (N. Lu-

(N. Lubenæ 22. Nov. An. 1583. θ. in Patria 27. Sept. An. 1659. æt. an. 76. curr. Minist. qua Diacon. qua Pastorat. an. 47.)

CESLAUS, Oppolio-Sil. S. Ord. Dominican. Provinciæ Provincialis Secundus, Primus Prior Cœnobii ad D. Albert. Wratisl.

En mea devoto libata precatio corde
Tataricum pepulit Breslide ab Urbe gregem.

(θ. VVratisl. An. 1242. ex Epitaphio Nic. Polius.)

M. JOHANNES CHILO; VVidencoppio-Hassus, Gymnas. Mar. Magdalen. Wr. Rector.

Pansophiæ victu labra pavi sacra Minervæ;
Nunc Divum Ambrosia celite in arce fruor.

(θ. Wratisl. 1. Sept. An. 1560. Polius.)

BARTHOLOM. CHRISTANNUS, Pastor & Præpositus in Templo Bernhardino VVratislaviæ.

Christjani potius CHRISTANNE es nomine dignus;
Cura tibi CHRISTI jussa docere fuit.

(θ. Wratisl. 26. Nov. An. 1571. æt. an. 60. Minist. 26. Pol. in MS.)

M. JOSEPHUS CHRISTANNUS, Eccles. Nimicensis Pastor.

CHRISTANNUS vitæ Christ-janæ dogmata pandens,
Christmanni dici nomine jure potest.

(N. Bregæ. Clar. An. 1622. Edit. Scr.)

JOHANNES CHRONIUS, Chalcographus artificiosiss.

Extollant alii grandes super astra Colossos;
Rex, ego, dive tibi, structa Tropæa sacro.

(N. 30. April. An. 1514. Clar. sub Imp. Maximiliano II. Ad cujus Wratislaviæ ingressum, portam ingeniose invenit, exstruxit & erexit summe artificiosam. θ. VVratisl. S. Suevus.)

LAUREN-

LAURENTIUS CIRCLERUS, Illmor. PPrr. Bregens. Joach. Frid. & Johan. Georgii &c. Ephorus, prius Gymnas. Patrii, deinde Ducalis Bregei Rector.

Formavi teneram Phœbo adplaudente juventam;
De pretio noli quærere; magna polo est.

(N. Goldbergæ An. 1534. Illustrem Bibliothecam Bregens. libris suis exauxit. Polius in MS. θ. Spiræ Nemetum, Cœlebs 28. Julii An. 1598. ætat. an. 64. curr. ex Epitaphio Melch. Adamus. Johan. Tonjola.)

M. LAURENTIUS CIRCLERUS, Reipubl. Goldbergens. Consul.

Dum vixi, CHRISTO vitam, Patriæque probavi;
Næ probus in Circo qui sua, seque, probat.

(θ. ibid. 27. April. An. 1561. ætat. an. 63. Epitaph.)

M. JOHANNES CLAJUS, Schol. Goldbergens. Rector, Theologus & Poeta.

Monte sub aureolo, Phœbo duce, plurima lusi;
Laus Evangelicis est data prima meis.

(N. Herzbergæ Saxon. 24. Junii An. 1535. ex El. Reusner. Calagius. Clar. ed. Ser. An. 1592. Draud. θ. Goldbergæ.)

ANDREAS CLIMANNUS, Phil. & Decretor. D. Eccl. Cathedral. Wratisl. Canonicus & Officialis.

Gloga mihi major cunas dedit, alma Budorgis
Munus; at ingenium Sol tenet, ossa solum.

(N. Glogoviæ θ. Wratisl. 1. Mart. An. 1618. Epitaph.)

PAULUS CLODIUS, Eccles. Elisabetanæ Wratisl. Archi-Diaconus & Senior.

Quæ docuit facienda, fidelis fecit & ipse,
Cœtibus exemplum dans monimenque suis.

(N. 4. Fe-

(N. 4. Februar. An. 1531. ♁. VVratisl. 6. August. An. 1606. ætat. an. 76. Minister. an. 44.)

M. JOHANNES CLODWIGIUS, prius Ecclesiæ Patriæ: deinde Monsterberg. Pastor.

Theulogicos Vatum miscere lepore labores
Quod satago, innatus Spiritus intus agit.

(N. Falckenoviæ, Ducat. Grotkoviens. Oppido, Johanne, Pastore & Falckenov. & in Langenbruck, & Anna Heinia, Parentibus, 2. Octob. An. 1562. Calagius. ♁. Monsterberg. 15. Febr. An. 1614. ætat. an. 51. septiman. 20. Minist. hic & ibi an. 17. ex Conc. funeb. Polius in MS.)

M. ADAMVS CLOSIVS, Freistadio-Sil. Philologus & Poeta.

Inter ego vates, Reusnero teste, triumphans,
Reusneri vivo post mea fata chely.

(Clar. Witebergæ An. 1575. Henel.)

M. FABIANVS CLOSIVS, Scholæ Ducalis Lignicens. Rector.

Me Gottinga prius, dein Gorlicium, Ligium post,
Viderunt clarios pascere rite greges.

(N. Freistadii mens. Decemb. An. 1539. θ. Lignicii 11. April. An. 1597. ætat. an. 58. m. 3. d. 10. off. 28. Epitaph.)

FRIDERICVS CLOSIVS, U. J. D. Reipubl. Glogoviens. Consul, ejusdemque Ducatus Syndicus.

Juris amans, Themidosque fui; nunc jura Themisque
Civibus adjungens me caput (euge!) meis.

(N. Freistadii 17. Febr. An. 1572. θ. Glogoviæ 14. August. hor. 10. a. m. An. 1617. æt. an. 45. septim. 25. d. 2. hor. 14. Or. fun. Epitaph.)

GEORGIVS CLOSIUS, Phil. & Med. D. Reipubl. Freistadiens. Physicus.

Dum

Dum mortis prodromos ſitientes disſipo morbos,
Diſſipor heu! morbis, mortis & ima peto.

(ϑ. An. 1610. ætat. an. 42.)

HENRICUS CLOSIUS, Scholæ Glogovienſ. Majoris Rector.

Cloſius Aoniæ ſectator ſtrenuus Aulæ,
Non tamen a Melicis eſt alienus agris.

(N. Suidnicii 9. Novemb. hor. 10. noctis An. 1577. Vixit adhuc menſe Auguſto An. 1633. æt. an. 56.)

M. HENRICUS CLOSIUS, Gymnaſ. Mar. Magdal. Wratisl. Rect. & P.

Palladis ad regimen rexi mihi credita corda;
Quei poterit nomen laude carere meum?

(N. Suidnicii 15. Mart. An. 1583. ϑ. Wratisl. catarrho apoplectico 6. Mart. An. 1651. æt. an. 68. off. hic & alibi. an. 40.)

PAULUS CLOSIUS, Wratislavia-Sil. Phil. & Med. D. Phyſicus Glacenſ.

Et Meditrina, Melequemei ſunt pectoris eſca,
Illis immorier ſollicitudo mea eſt.

(ϑ. Ibid. 30. Mart. An. 1587. Pol. in MS. Chriſtoph. Cnollius per 30. Ann. Sprottaviæ Diac. & Paſt. N. Bregæ. C. E. S.

TOBIAS CLUGIUS, in Sigendorff &c. Med. D. & Reip. Lignicenſ. Phyſicus.

Reddideram multis vitam, qui peſte jacebant;
Antidotis præſto eſt nil meditrina mihi.

(N. Soraviæ 12. April. An. 1611. ϑ. Lignicii peſte 5. Septemb. h. 11. noct. An. 1656. æt. an. 45. Epitaph.)

SAMUEL CNOTHIUS, JCtus, olim Reipubl: Patriæ a Secretis.

 Lege-

Legerat in patrium me dia Themista favorem,
Corporis exuvias Marchica terra tenet.

(N. Glogoviæ 3. Julii An. 1607. ♰. Francof. cis Viadr 14. Dec. An. 1649. ætat. an. 42.)

GEORGIUS COBERUS, Phil. & Med. D. Reipubl. Boleslav. Physicus.

Es Fratri compar Melica arte, COBERE, Cobero;
Es Medica compar arte poeta, medens.

(♰. Boleslaviæ 3. Septemb. An. 1627.)

TOBIAS COBERUS, Senior, Med. D. & Reipubl. Leobergens. Physicus.

Qua pietate DEUM, qua homines pietate movebam,
Vir, Medicusque bonus, secla futura canent.

(N. Gorlicii 14. Decemb. An. 1529. C. E. S. Draud. ♰. Leobergæ 1. Julii An. 1585. ætat. an. 55. mens. 7. d. 17. Epitaph.)

CHRISTOPHOR. COCHIUS, Phil. & Med. D. P. L. C. Medicus VVolaviensis.

Delitiosa coquis Pataræo fercula in Hæmo;
Nil sapit hic, sapidus cui minus iste cibus.

(Clar. An. 1612.)

JOHANNES COCHLÆUS, SS. Th. D. Canonicus Moguntinus, VVormatiensis, & ad D. Johannis VVratislav.

Persequeris calamo calamum COCHLÆE Lutheri;
Heic quoque pro merito nomen habeto tuo.

(N. Norinbergæ, civitate libera Imperial. An. circiter 1503. Boissardus. Flor. sub Leone X. P. P. An. 1526 Genebr. C. E. S. Draud. Post obitum Ill. Pr. Georgii, ex Misnia venit Wratislaviam 15. Sept. An. 1539. Polius. ♰. ibid. VVrat. 10. Januar. An. 1552. æt. an. 73. ex Epitaph. El. Reusner.)

ALBERTUS, L. B. de COLDITZ, Ducatus VVratislaviensis Capitaneus.

Brate-

Bratesilea suum voluit me jure dynastam;
Sic Genere & Genio vix obiturus ero.
(Clar. An. 1419.)

CHRISTOPHOR. COLERUS, Gymnas. Elisabetan. VVratisl. Historiar. P. P. & Bibliothecarius.

Heroum laudes doctis studet edere chartis,
Ut ferat æternans his super orbe decus.
(N. Boleslaviæ 1. Decemb. An. 1602. C. E. S. ϑ. VVratisl. ἄπαις 19. April. hor. 3. pom. An. 1658. ætat. an. 56, curr. Relicta Senatui ampliss. Bibliotheca.)

JEREMIAS COLERUS, Ecclesiastes Aulicus Schönaichianus in Carlato, & Gymnasii ibid. Inspector.

Vera colens & vera docens pia cura COLERI,
Cultum, cultura hæc præmia digna, meret.
(N. An. 1576. Cl. An. 1620. æt. an. 44.)

MICHAEL COLERUS, SS. Th. D. Ædis Marianæ apud Gedanens. Ecclesiastes & Ministerii Senior.

Ore quod edocui, calamo vivace notavi;
Hoc de judicium posteritatis erit.
(N. Leobergæ Dominica post festum Francisci. An. 1545. Suevus Orat. de Leoberga C. E. S. Draud. θ. Dantisci. 14. Sept. An. 1616. ætat. an. 71. Minist. 41. Orat. fun.)

APICIUS COLO, Gubena-Sil. U. J. Lic. Cathedral. Eccles. VVratisl. Canonicus, & Illustr. Pr. Glogoviens. Cancellarius.

Mens mala, visque Ducis, sacrique licentia juris,
Egit in Elysiæ me mala quæque meæ.
(N. Gubenæ. Fax fuisse perhibetur ejus belli, quo Matthias Corvinus, Pannoniæ Rex, Duce VVilhelmo Tatavver, Johannem Pr. Glogov. obsedit, die Georgii An. 1488. ϑ. 14. Februar. An. 1517. ætat. an. 58. ex Epitaphio Polius.)

FRIDERICUS CONSMANNUS, Poeta Laureat. Cæsareus.

In numeris, CONSMANNE, tuis an gratia major?
Major an ars? dubitet lector, utroque places.
(N. Sagani. θ. Znoymæ Morav. An. 1597. ex Bilovio Polius.)

BALTHASAR CORNERUS, Phil. & Med. D. VVratisl. Practicus experientissimus.

Reddidit hic vitam multis, multosque præivit
Practicus; Hippocratis pars pretiosa Dei.
(N. Hirschbergæ 13 Januar. An. 1589. θ. VVratisl. 31. Julii An. 1639. æt. an. 51. curr.)

ALBERTUS CORVINUS, Med. D. Illmor. PPrr. Ligio-Bregens. Archiater, & Reip. Lignicens. Physicus.

Arte Machaonia Ducibusque probabar & urbi;
Tam fuit auxiliis pronus Apollo meis.
(θ. Lignicii 21. Sept. An. 1566. Epitaph.)

ALBINUS CORVINUS, Med. D. & Poliater Lignicens.

Candidus hic fuit ore, fuit quoque candidus arte;
Hoc quoque post obitum nomine jure cluit.
(θ. Lignicii An. 1539. Grunæus.)

JOHANNES CORVINUS, Landscronæus Bohemus, Eccles. Reformatæ Pastor, & Adsessor Consistorii Reformati Pragæ.

Me quoque Böemiaci motus movere cathedra;
Exsulo & exsulto, nil potuisse fidem.
(θ. Bregæ 7. Mart. An. 1623. æt. an. 54. off. 12.)

M. LAURENTIUS CORVINUS, prius Reipubl. Thoruniens. deinde VVratislaviens. Secretarius, Philologus.

Consona vox cygno, fidio mens congrua; Corvus
Nomine sis; sacrum te quoque Phœbus habet.
(N. Novofori. Flor. An. circiter 1495. VVratislaviæ, Suidnicii, & Cracoviæ, bonas litteras professus. C. E. S. plur. Draud. θ. VVra-

ϑ. VVratisl. 25. Jul. A. 1527. Adamus. An. 1528. Polius. Francisc. Faber nominat illum primum Doctorem doctrinæ Evangelicæ VVratislaviæ. Successit ei Matthæus Strubiz. Id. Polius. Vide Melch. Adamum MS. dictum, in vita Johan. Mezleri Cap. Wr.)

BARTHOLOM. COTTWITZ, prius Eccles. Seckenfeldens. deinde Suidnicens. ad B. Virginem Pastor.

Hic pietatis amans, verumque bonumque professus,
Antetulit reliquis Biblia sacra libris.

(Successit in Ministerio M. Johanni Heincio. ϑ. Suidnicii phthisi 25. Sept. An. 1605. æt. an. 54. Pol. in MS.)

AUGUSTINUS CRAFFT, Wratislavia-Sil, Phil. & Med. D. ut & in Acad. Erphordian. P. P.

Ævi Fama sui Medicinæ Crafftius usu;
Quem praxi monstrans, ore simul docuit.

(Flor. An. 1484. Nic. Henel. Nic. Polius & Melch. Adamus in vita Johan. Cratonis.)

FRANCISCUS CRAM, U. J. D. Acad. Lipsiens. P. P. Sereniss. Electorr. Sax. Mauritii & Augusti &c. Consiliarius.

Natus in Elysiis, ad Elystrum Jura professus,
Ensiferos juvi legifera arte Duces.

(N. Sagani mens. Decemb. An. 1524. ϑ. Lipsiæ 31. Decemb. (17. Aprilis Pol. in MS.) An. 1586. ætat. an. 62. Nic. Henelius.)

JOHANNES CRATO a Crafftheim, in Ruckers, Phil. & Med. D. Com. Palat. Cæs. Dd. Ferdinand. I. Maximil. II. & Rudolph. II. Rom. Impp. Consiliarius & Archiater.

Cratonem tribus Imperii placuisse Monarchis,
A Medici laus est proxima laude DEI.

(N. VVratisl. Christophoro & Anna Bidermannia Parentibus 10. Novemb. An. 1519. Boissard. & Eberus. (22. Nov. An. 1520. S. Suevus) C. E. S. pl. Draud. ϑ. in Patria 9. Nov. An. 1585. æt. an. 66. off. 36. Mel. Adamus. (alias ϑ. 19.) Novemb.

Polius 24. Octob. Bucholcer. 29. Octob. El. Reusner. ætat. an. 67. Thuanus.)

PETRUS CREBILIUS, e Senatore Ducatus Wratislaviensis Capitaneus.

Crebilio crebri famam tribuere labores,
Ipsius cura curia recta probe est.

(θ. Wratisl. 10. Februar. An. 1486. off. an. 25. Polius in MS.)

ABRAHAMUS. CREMERUS, Grunæberga-Sil. Eccles. prius Servestanæ, deinde Lindaviens. in Anhaltinat. Past. & vicinar. Inspector.

Qui Servestanam mutas Cremere cathedram,
Lindaviensis ita es luxque, jubarque gregis.

(Clar. An. 1616. v. Theatr. Symb. Parent. p. 268. v. Carmina Westoniæ, ubi Epistolæ ad eum datæ.

PANCRATIUS CRETSCHMERUS, U. Jur. Licentiatus, & Poeta.

Caupo novenarum, Cretschmere polite, dearum,
Aurea cum aureolis secla merere metris.

(N. Hirschbergæ 30. Januar. An. 1589. θ. in Patria, ex casu incendii repentine exorti. 19. Junii An. 1634. ætat. an. 45. curr. Pancrat. Hainius.)

CHRISTIANUS, Johannis, Med. D. Fil. CREUTZMAN, Med. D. & Reipubl. Strelensis Physicus.

Rite patrissavit studiis melioribus instans,
Et Genii exauxit dona beata sui.

(N. VVratisl. 15. Januar. An. 1618. θ. Strelæ 2. Maji An. 1662. æt. an. 45. curr. Epiced.)

JOHANNES CREUTZMAN, Med. D. & Physicus in Patria felicissimus.

Clareo nunc annisque virens praxique secunda;
Augeat alma salus hoc mihi porro decus.

(N. VVra-

(N. Wratisl. 24. Nov. An. 1582, ✝. ibid. 20. Sept. An. 1633. ætat. an. 51. off. an. 2.)

ELIAS CROEMELIUS, Illustrissimæ Aulæ Bregens. Secretarius.

Quæ Secreta mihi sunt Principis, urgeo promte;
Mente, manu, calamo candidus atque fide.

(N. Strelæ 14. August. An. 1565. ✝. Wratisl. 22. Julii an. 1626. æt. an. 61.)

PAULUS CRUMMIUS, Iglavia-Moravus, prius Illustriss. PPr. Monsterberg. nec non junioris Ligio-Bregensis Ephorus, deinde Syndicus Oppaviensis.

Informasse Duces mihi pars est maxima laudis;
Quod reliquum, large credita Sparta dabit.

(Clar. An. 1606.)

M. JEREMIAS CRUSIUS, Ecclesiæ Petro-Paulinæ Patriæ Diaconus.

Totus in hoc versor, quod Pagina Sacra requirit;
Sic facio officii munia jussa mei.

(N. Lignicii 13. Sept. An. 1582. ✝. ibid. 15. Maji hor. 9. a. m. an. 1618. ætat. an. 36. Minist. 9. Epitaph.)

MICHAEL CRUSIUS, Phil. & Med. D. Reipubl. Gryphimontan. Physicus.

Laus mea, me Medicum legit Schaff-Gotschius Heros,
Mi satis hoc; aliis laus ubi nulla satis.

(N. Sagani 12. Sept. An. 1578. Polius in MS.)

JONAS CUCHLERUS, Poeta Laur. Cæsareus.

Totus es in sacris: Vates testatur Iönas;
Testatur Laurens; Vatis honore cluis.

(N. Hirschbergæ. Clar. editis Scriptis.)

GEOR-

GEORGIUS CULMANNUS, JCtus & Wratisl. Practicus excellens.

Quid non cura facit? mihi mentem ementat & ævum;
In cœlo requies est tamen alma mihi.

(N. Boleslavia. θ. Wratisl. mania 1. Junii An. 1618. æt, an. 50. Pol.)

JOHANNES CULMAN, Reipubl. Wratislavienſ. Senator.

Ut, Culmanne, manus tua nullo putreat ævo,
Exoptat Laſari Concio tota chori.

(Bona ſua, Protſch ad Oderam, Paſchkervviz & Domſel, pauperibus in xenodochiis legavit. θ. Wratisl. 4. Mart. An. 1552. off. 10. Pol. in MS.)

HENRICUS CUNITIUS, in Cunzendorff & Hohenbiersdorff, Phil. & Med. D. prius VVolavienſ. deinde Reipubl. Suidnicenſ. Medicus.

Lauta mihi Praxis; tamen hæc non ſufficit ævo,
Laus a Theriacæ laude mihi potior.

(C. E. S. θ. Lignicii 5. Auguſt. hor. 12. noctis an. 1629. æt. an. 49. m. 4. Epitaph.)

CUNRADUS, Cunradi II. Pr. Olſnenſ. Fil. Dux Olſnenſ. Epiſcopus VVratislavienſis XXX.

Muſicæ amans, comis, bene agendo prodigus, Ædi,
Conflatum æs liqui; Sed Sopha cauſſa tamen.

(Elect. ad inſtinctum Sigismundi, Rom. Imp. An. 1417. θ. 9. Auguſt. an. 1447. ſedit annos triginta. Curæus, Polius, Henelius in Sileſiogr. Renov.)

CAROLUS FRID. Caſp. Med. Fil. CUNRADUS, Aulic. Teſchnenſis, & Civitatis Pharmacopæus.

Pharman compono medici bene ſtructus in arte
Quis Medici Natum me neget eſſe bonum?

(N. Vratisl. 24. Febr. A. 1614. Vix. A. C. 1669.)

CASPAR CUNRADUS, Phil. & Med. D. Poet. Laur. Cæs. & Reip. Patr. Physicus.

JOVA tuæ laudi, Patriæ decori, omnibus usui
Natus; in orbe viget nomine, mente polo.

(N. Wratisl. Sigismundo & Anna Scharffia, Parentibus, 9. Oct. S. V. int. hor. 11. & 12. a. m. vel in ipso meridie, An. 1571. C. E. S. plur. ♃. in Patria 15. Nov. hor. 2. pom. An. 1633. æt. an. 62. septim. 5. d. 2.)

CHRISTIAN. CUNRADUS, P. L. C. prius Illustrissimæ Ducis Teschiniens. deinde Reipubl. Ratiboriens. denique Oppaviensis Physicus.

Progenies Medici & Melici sum prima Parentis;
In Medico & Melico laus mea floret agro.

(N. Wratisl. Casparo, Med. D. & Christiana Tilesia, Parentibus, 28. Januar. An. 1608. Clar. editis partim edend. Poemat. ♃. Oppaviæ catarrho suffocativo 5. Jan. hor. 4. matut. An. 1671. æt. an. 63.)

JOHANNES CUNRADUS, U. J. D. Poet. Laur. & ap. Suidnicens. Practicus.

Sessitat ore tuo Suadela, Thalia cerebro,
Corde Themis, Charites cætera membra tenent.

(N. Boleslaviæ 1. Februar. An. 1585. ♃. Lignicii 13. Maji An. 1632. ætat. an. 47. Epitaph.)

GEORG. ERNEST. Casp. Med. Fil. CUNRADUS, Artis Pharmaceuticæ quam Chirurgicæ experientissimus.

Pharmaca non, Emplastra minus vim tollere mortis
Sunt potis, in Christi morte triumpho cadens.

(N. Vratisl. 9. Januar. A. C. 1616. ♃. Tessinii sub ipsa Suecica obsidione 2. Apr. An. 1646. æt. an. 30. Septemb. 11. d. 6. Calag.)

JOHANNES HENRICUS, Caſpar. Med. D. Fil. CUNRADUS, Illuſtriſſ. PPrr. Teſchinienſ. Lichtenſteinienſ. ut & Würtembergico-Teccenſ. & in Sil. Olſnenſ. Conſiliarius.

Prima Deum timuiſſe: Duci ſerviſſe Secunda:
Noſſe Virûm Vitas Tertia cura mea eſt.

(N. Vratisl. 4. Auguſt. An. 1612. ♃.| An. 1683. Lignic. Sermonem Exequialem habuit M. Dav. Schindler. Paſt. Mar.)

MARTINUS CUNRADUS, ex Præpoſito Czarnowaſienſ. Ducal. Monaſterii ad D. Vincentii Wratisl. Abbas XXXV.

Multa mihi cum carne mea ſunt prælia geſta,
Cum Satana & Mundo; Victor ubique ſteti.

(θ. Vratisl. 22. Decemb. An. 1618. ætat. an. 49. Sed. an. 5. Epitaph. Succesſit ei, Caſpar Schrœterus, Grotkavia-Sil. ex Priore Abbas. Pol. in MS.)

SIGISMUND. Caſp. Med. Fil. CUNRADUS, Chirurgus & Medicus Caſtrenſis.

Brateſilea dedit generis cunabula & artis,
Corporis exuvias Ruſſica terra tegit.

(N. Vratisl. 8. Maji An. 1609. θ. Caleti Novogrodi Ruſſ. Menſe Jan. an. 1622. æt. 33.

ADAMUS, Joachimi Fil. CURÆUS, U. J. D. & ap. Glogovienſ. Practicus.

A curis, Curæ, tibi venit hercule Nomen;
His ſibi devinctum te cupit alma Themis.

(N. Freiſtadii 14. Decemb. An. 1566. Vixit Glogov. an. 1617. æt. an. 51.)

M. ADAMUS, Joach. Senioris, Annalium Sileſiac. Scriptoris, Frater, CURÆUS, prius Eccleſiaſtes ad D. Barbar. deinde Eccleſ. Mar. Magdalen. Vratisl. Paſtor.

Ne rixas pareret Fratrum discordia cavi;
Judicia hinc petii, Sancte Philippe, tua.
(N. Freistadii 13. Junii An. 1527. S. Suevus. ♃. VVratisl. febri 29. Octobr. An. 1566. ætat. an. 39. mens. 4. d. 15. Ministerii an. 14. Polius in MS.)

GREGORIUS, Joachimi Medici Pater, CURÆUS, Reip. Freistad. Prætor.

Cognitus ut Latiis sit Julius, audit Erasmus;
Germani ut discant, Versio nostra facit.
(C.E.S. ♃. Freistadii. 15. Julii An. 1544. æt. an. 45. Melch. Adam.)

IRENÆUS CURÆUS, Joachim. Fil. Med. D & Reip. Suibusiens. Physicus.

Cum quovis Pacem; cum morbis prælia gessi;
Muneris hoc, illud Nominis ergo mei.
(N. Freistadi Siles. An. 1565. θ. Svebusii ex catarrho suffocativo 4. Mart. An. 1605. ætat. an. 39. mens. 11. cœlebs. Epitaph.)

JOACHIMVS, Gregorii, Senatoris Fil. CVRÆVS, Ph. & M. D. Reip. Glogov. Physicus, Historicus.

Elysiæ Annales CURÆI cura notavit;
Nunc Medicus fama vivit & Historicus.
(N. Freistadii 23. Octobr. (22. Rethel.) hor. 8. matut. An. 1532. El. Reusner. C. E. S. Draud. ♃. non sine veneni suspicione, Glogoviæ 21. Januar. An. 1573. ætat. an. 40. mens. 3. Mel. Adamus.)

M. LAVRENTIVS CVRSOR, Eccles. Cniphovianæ apud Regiomont. Diaconus.

Cursum quem dederas vitæ, pie CHRISTE, peregi;
In vero veri tramite CURSOR ovans.
(N. Ruthenæ. θ. Regiomont. 20. Mart. An. 1609. ætat. an. 70. Ministerii an. 48. Georg. Colbius.)

FRIDERICVS CVRTIVS, ad D. Bernhard. in Neapol. VVrat. Diaconus.

Cum Grajo & Latio Germanus sector Hebræos;
Sufficit ut laudi sit, DEUS alme, tibi.

(N. VVratisl. 25. Mart. An. 1573. ♃. ibid. Febri 3. Januar. An. 1617. ætat. an. 44. off. Schol. ad D. Mar. Magdal. an. 15. Minist. an. 4. Pol. in MS.)

JEREMIAS, Johann. Th. Fil. CVRTZMAN, Phil. & M. D. in Patria Practicus.

Et Sophia & Meditrina tibi tribuere tiaram;
Ingressus thalamum vix, inis & tumulum.

(N. VVratisl. 26 Aprilis An. 1630. ♃. ibid. 25. Aprilis hor. 6. vespert. An. 1662. æt. an. 32.)

JOHANNES CVRTZMAN, Eccles. Patr. Mar. Magdal. Archi-Diaconus & Senior.

Hoc quoque CHRISTE dabis, templi quo sacra ministrans,
Nomen id, e ludo quod retuli, inde feram.

(N. VVratisl. 1. Januar. An. 1588. θ. ibid. 29. August. An. 1652. æt. an. 65. curr.)

JOHANNES CYANEVS, Poeta Laureat. & Notar. Publ. Cæsar.

Aonidum lepidis tua carmina floribus, ornas.
Hinc decus & Daphnen hanc, CYANEE, meres.

(N. im Aldevvalde, prope Nissam, Patre cognomine, Lichtblau / Matre Christina Pitschin / 5. Sept. circ. noct. med. An. 1563. Calagius. Vixit An. 1603. 17. Junii An. æt. 40.

CYPRIANVS, I. ex Abbate S. Vincentii, dein Libusiensi Episcopus VVratisl. XIX.

Vincentinus eram Præsul prius; inde Budorgin
Accitus rexi, qua decet omne fide.

(Elect.

(Elect. 1. Martii. Confirmat. ab Innocentio IV. P. P. θ. Apoplexia 21. Febr An. 1207. Sed. an. 6. sepult. Libusii. Nic. Pol. in MS. Alias. θ. An. 1217. Curæus.)

JOHANNES CYRUS, SS. Th. D. Acad. olim Paduanæ P. P. III. Impp. Rom. Consiliarius, Canonicus Wrat. & ad D. Vincent. Wrat. Abbas XXXIII.

Facunda flexi Regesque, Ducesque loquela,
Cæsaris in caussis Mercuriale caput.

(N. Hirschbergæ. Elect. 2. Januar. An. 1562. θ. VVratisl. 11. August. An. 1586. æt. an. 59. Sed. an. 24. ex Epitaph. Polius.)

CHRISTOPHOR. a CZEDLITZ, Illustr PPrr. Lignicens. Consiliarius, ejusdemque Ducatus Præfectus.

Principibus rexi (nam sic voluere) Ducatum;
Nimirum fidei præmeminere meæ.

(N. 18. Julii An. 1585. θ. Lignicii 3. August. An. 1657. ætat. an. 72. ex Orat. funebr.)

GEORGIUS a CZEDLITZ, de Schönau &c. Eques Silesius.

Czedlicius varias urbes speculatus & arces,
Artibus excellens, eloquioque fuit.

(θ. Glogoviæ 4. Februar. An. 1576. æt. an. 31. Ex Bucholcero, Joh. Gualter. & Krüger.)

GEORG. RUDOLPHUS, Georgii Fil. a CZEDLITZ, in Brigk & Mirschav &c. Consiliarius Cæsareus, & Ducatus Glogoviensis Capitaneus.

Eugenie, ars, virtus, pietas, sapientia, candor,
Glogano præeunt me præeunte Foro.

(N. 30. Martii An. 1574. θ. An. 1619. ætat. an. 45. off. 4. Nic. Henelius. Nic. Polius.)

SIGISMUNDUS, L. B. a CZEDLITZ, in Nevvkirch, Reichenvvaldavv, Kratzkavv & Altenburg &c. III. Impp. Rom. Consiliarius & Cameræ Siles. Præses.

Splendidus eximiis gestis Czedlicius audit,
Induperatorum cor, Patriæque decor.

(N. in agro Nevvkirch, prope Catti fluvium, m. Majo An. 1536. θ. 28. Septemb. (28. Nov. Polius.) An. 1616. ætat. an. 80. Consiliariat. 58. Præsid. 26. Polius, in MS. Defunctum orat. panegyrica laudavit Val. Arithmæus.)

WENCESLAUS a CZEDLITZ, in Nevvkirch & Aichholz &c. Illustr. Pr. Ligio-Bregens. Consiliarius, ejusdemque Ducatus Capitaneus.

Cynthius Aonidum, sum Cynthia Nobiliorum;
An nescis? Lumen Musa dat Eugenie.

(N. in agro Nevvkirch, VVenceslao & Barbara a Seidlizin, Parentibus, 28. Junii hor. 3. pom. (26. Bucholcer.) An. 1551. Calagius. θ. Janovvicii. apoplecticus 24. Aprilis An. 1613. æt. an. 61. mens. 9. d. 27. Consiliariat. an. 25. Capitaneat. 10. Epitaph. Melch. Adamus in vit.)

DANIEL, Samuel. Sen. Fil. CZEPKIUS, Eccles. Marian. Suidnicens. Pastor.

Et Genealogicis lætatur hic, Historicisque;
Theulogiæ socios hos habet usque suæ.

(N. Bregæ 30. August. An. 1569. C. E. S. θ. Suidnicii 8. Februar. An. 1623. ætat. an. 53. mens. 5. d. 8. Epitaph.)

DANIEL, Daniel. Th. Fil. a CZEPKO & Reigersfeld, in Merzdorff. S. C. Mtis. & Illustr. Pr. VVolaviens. Consiliarius, Polyhistor, Orator & Poeta.

Consilio, calamoque potens, neque præpete lingua,
Induperatori charus, amansque Duci.

(N. Cosch-

(N. Coschvvicii, Ducat. Lignicens. pago, 23. Septemb. An. 1605. C. E. S. θ. VVolaviæ 8. Septemb. An. 1660. æt. an. 55. sepult. Suidnicii. Conc. fun.)

M. SAMUEL CZEPKIUS, Senior, Eccles. Parochial. Bregens. Pastor.

Theiologus fidei, purusque atque integer ævi,
Præco fui verbi, CHRISTE benigne, tui.

(N. Sternbergæ Moravor. 30. Novemb. An. 1528. θ. Bregæ 12. Octobr. An. 1571. æt. an. 43. Epitaph.)

SAMUEL, Samuel. Fil. CZEPKIUS, Eccles. VVolaviens. Pastor, ejusdemque Diœces. Senior.

Patris ad exemplum, verbique beantis amore,
Addixi sacris me, pie CHRISTE, tuis.

(N. Bregæ 22. Junii An. 1559. θ. VVolaviæ 22. Februar. An. 1610. ætat. an. 51. Epitaph.)

AUGUSTINUS DANIEL, Med. D. & Practicus in Patria.

Sat studio mihi nota meo medicina fuisset,
Nî, ne isthanc facerem mors vetuisset atrox.

(N. Vratisl. θ. in Patria febri maligna 21. August. An. 1605. æt. an. 30. Polius.)

SEBASTIANVS DAYER, Curiæ Patriæ Advocatus Jurat. & Ordinarius.

Jus tractans, hilares nullus detracto Camenas;
Non homo sit, cum istis vivere qui renuit.

(N. VVratisl. 2. Julii An. 1575. θ. ibid. 17. Februar. An. 1633. æt. an. 58.)

JODOCUS DEBETZ, Eccles. ad B. Virgin. apud Lignicens. Pastor.

Ringe-

Ringere livor edax phaleratis turgide bullis,
Unicus Adjutor jo! Meus ecce! DEUS.
(ϑ. ibid. 3. Auguſt. An. 1580. Caſp. Kesler. in Catalog.)

BENEDICTUS DISTLER, Norimbergenſ. Reip. Wratislav. Senator.

Ter benedicta trias Benedictum rite ſenaclo
Indidit, ut Themici lux foret alma Fori.
(θ. Wratisl. 22. Junii An. 1575. ætat. an. 72. off. 25. Pol. in MS.)

BALTHASAR DITTENBORN, Thuringus, ex Præpoſito Gorcavienſe, Ord. Auguſt. Regular. ad B. Virgin. Wratisl. in arena Abbas.

Me licet invidiæ circumflent undique venti,
Nil moror; in CHRISTI morte triumpho cadens.
(θ. ibid. 7. Julii An. 16 1. Succeſſit ei Barthol. Fuchs &c. olim Præpoſitus Zobtenſis. Pol. in MS.)

GODOFREDUS ERNESTUS, Johannis, Med. D. Fil. DOBRICIUS, Phil. & Med. D. in Patria Practicus.

In Patriæ Meditrina ſibi me legerat uſus;
Præripit at vernans hoc mihi Parca decus.
(N. Wratisl. menſ. Octob. An. 1632. θ. ibid. 1. Junii An. 1660. æt. an. 28.)

JOHANNES DOBRICIUS, Ph. & Med. D. Reip. VVratisl. Phyſicus Ordinarius, P. L.

Rimatus morbos, permenſus Sidera Cœli,
Sum Microcoſmo Medens, ſum Macrocoſmo notans.
(N. Sittaviæ, Antonio & Juſtina Gründleria, Parentibus, 25. Februar. An. 1576. Calagius. C. E. S. θ. Wratisl. apoplexia 3. Septemb. An. 78. off. 17.)

ADAMUS DOBSCHUTZ, a Plauen & Corule, in Silmenavv, Lobetintz & Radixdorff &c. Collegii Senatorii Præſes, & Ducat. Wratislav. Capitaneus.

Juſtitia

Justitia ut vigeat; Pietas ut crescat; ut artes
In pretio ac virtus sint; ea cura mea est.
(N. Wratisl. 18. Octobr. An. 1558. ϑ. ibid. 6. Decemb. An. 1624. æt. an. 66. mens. 1. d. 27. off. 37. Orat. funebr.)

BARTHOL. Adam. Frat. a DOBSCHUTZ, Reip. Wratisl. Senator.

Virtus, nobilitas, probitas, constantia, candor,
Hæredes maneant, portio grata, meos.
(N. Wratisl. 19. Januar. An. 1568. ϑ. ibid. 8. Januar. hor. 11. noctis An. 1637. æt. an. 69. off. 26.)

JOHANNES a DOBSCHUTZ, in Saprafchin, Reipubl. Wratisl. Senator.

Dicor honorati vix ima columna senacli,
Per me recta stetit curia, templa, scholæ.
(ϑ. Ibid. 25. Octobr. An. 1635. æt. an. 47. off. 9.)

CASPAR DOHN, Mersburgensis a Lacu Acronio, Art. & Phil. D. Eccles. Cathedral. Wratisl. Canonicus.

Ad Canonas vixi, sum mortuus ad Canonasque;
Illud paucorum est, omnibus hoc proprium.
(ϑ. Wratisl. 16. Julii An. 1626. ætat. an. 58. Epitaph.)

JOHANNES DOHN, Phil. D. Eccles. Cathedral. Wratisl. Canonicus.

Me Sophos ad canonum decreta sacrata locavit;
Hinc Canonum dici nomine promerui.
(ϑ. Wratisl. 13. April. An. 1617.)

ABRAHAMUS Burggravius de DOHNA, L. B. in Wartenberg & Bralin, D. Rudolph. II. Rom. Imp. Consiliarius, Marchionat. Superior. Lusat. Præfectus, & Sereniss. Maximiliano, Archi-Duci Austriæ, a Consiliis & Cubiculis.

Arte sagum, sed Marte togam meditatus, utroque
Clareo, consiliis dives & eloquio.

(N. in Silesia 11. Decemb. hor. 7. vesp. An. 1561. ex Bucholcero, Gualterius. An. 1600. ab Imp. in Moscoviam Legatus missus est. θ. Wratisl. 1. Maji An. 1613. ætat. an. 52. N. Henelius. Sepult. Wartenberg. 28. Junii Ann ejusd. N. Polius in MS.)

CAROLUS HANNIBAL, Burggravius a DOHNA, in Wartenberg &c. S. C. Mtis. Militiæ Supremus Præfectus.

Dum Bellona suis rectum undique lancinat ausis,
Rectoris tribuit nobile agalma mihi.

(θ. Pragæ 21. Februar. An. 1633.)

OTTO ABRAHAMUS, Burggravius a DOHNA, Dn. in VVartenberg, &c. S. C. Mtis. & Supremæ Curiæ per utramque Siles. Consiliarius.

Est aliquid numerare patres, abavos, atavosque;
Major in ingenii dote coruscat honor.

(θ. VVratisl. catarrho suffocativo 27. August, hor. 5. matut. An. 1646. Merian.)

GEORGIUS a DOMNICK, in Nippern & Elgut &c. Illustr. Pr. Olsnens. Consiliarius.

Dum mea rimatur naturæ munera Princeps,
Consiliatoris me beat officio.

(θ. Berolostadii 19. Februar. An. 1647. ætat. an.)

MICHAEL DORINGUS, Ph. & Med. D. prius Acad. Gissen. P. P. deinde, Ill. Pr. a Lichtenstein Ducis Oppaviens. Archiater; denique Reip. Patriæ Physicus.

Nullius in Medici juravi verba; Galenus,
Cous & Aureolus, cum ratione placent.

(N. VVratisl. 29. Sept. An. 1582. C. E. S. A. 1612. ex Acad. Gissen. abiit. θ. VVrat. 21. Mart. An. 1644. æt. 62. off. 32.)

CASPAR

CASPAR DORNAVIUS a Dornavv, Ph. & Med. D. prius Gymnaſ. Gorlicenſis, deinde Illuſtr. Schönaichian. Rector: denique Illuſtriſſ. PPrr. Ligio-Bregenſ. Archiater & Conſiliarius.

Philoſophum, Medicum, Melicum vis Græco-Latinum?
DORNAVII pectus cernito pentagonum.

(N. Zigenruckii Salæ fluvio adjacent. in Voitlandia 11. Octobr. An. 1577. C. E. S. plur. θ. Bregæ 28. Sept. hor. med. 5. & 6. matut. An. 1632. æt. an. 54. d. 13. Orat. funebr.)

HIERONYMUS DRESLERUS a Scherffenſtein, in Bransdorff & majori Raden &c. Valentini Filius.

Patris, Avique bonis gaudens; quoque cultor Honorum
Audio; ſic vitæ fata ago læta meæ.

(N. Carnoviæ 4. Nov. An. 1582. Flor. Ed. Epigramm. 14. Sept. An. 1615. ætat. an. 33.

VALENTINUS DRESLERUS a Scherffenſtein in Bransdorff, Majori Raden & Laſſovviz &c. Conſiliarius & Cancellarius Brandeburgicus in Ducatu Carnovienſ.

Me legum conſulta meis junxere dynaſtis;
Fama, quod emerui, nunc quoque ſolvit epos.

(N. Leobſchutzii 1. Febr. An. 1550. θ. Carnoviæ 12. Octob. An. 1605. ætat. an. 55. off. 30. N. Polius.)

ANDREAS DUDITHIUS ab Horchovviza, Dn. in Smigla, DD. III. Impp. Roman. Conſiliarius, Orator, & Legatus.

Præſul eram, aſt liqui mutata mente tiaram;
Cæſareæ Triados Suada, Themisque cluens.

(N. Budæ in Hungaria, aut Budæ proximo Caſtello, 5. Febr. A. 1533. Thuanus. C. E. S. Draud. θ. VVratisl. 23. Februar. An. 1589. ætat. an. 56. d. 7. Polius, Buchol. & El. Reuſner. Vide Quirin. Reuter. in ejus vita.)

ABRAHAM. GEORG. L.B. a DYHERN, & Dyhernfurt &c. S.C. Mtis & Supremæ, Regiæque Curiæ per utramque Sil. Consiliarius & Cancellarius prius, deinde Ducat. Major. Glogoviæ Capitaneus.

Et DEUS & Cæsar duo sunt mihi Numina; Vitam
Iste dedit; Famam das, LEOPOLDE, mihi.

(✝. Glogoviæ 26. Octobr. An. 1671. ætat. an. 58. circiter. off. hic & ibi.)

GEORGIUS a DYHERN, Eques Siles. in Deutschkessel & Herzogsvvalde &c. S.C. Mtis per Ducat. Glogoviens. & Saganens. Quæstor Regius.

Me pia Religio, famulansque huic dia Minerva,
Prætulit Eugeniæ, præposuitque, meæ.

(N. 11. April. An. 1554. ex Bucholcero, Andr. Calagius. ✝. 14. Aprilis An. 1602. ætat. an. 48. Dedicavit eidem 1. Part. Medullæ Theol. P.P. Scultetus.)

DAVID ab EBEN, in Brunnen, Hæreditarius in Strachvviz &c. Reip. Patriæ Senator Primarius, & Scholarum Præses.

Ni fuerim linguæ prudens & moris & æqui;
Quei Patriæ atque DEO charus, amansque, forem?

(N. Wratisl. 31. Januar. An. 1600. ✝. ibid. 14. Maji An. 1669. hor. 6. matut. æt. an. 70. curr.)

NICOLAUS EBEN, in Kattern & Brisa &c. Reipubl. Patriæ Senator Primarius.

Eben honorati Breslæ pars magna Senacli,
Umbo fuit justi, fida columna boni.

(N. Wratisl. Georgio, & Maria Uthmannia a Schmolz, Parentibus, 8. Julii (al. 16. Decemb.) An. 1571. Andr. Calagius. ✝. in Patria 22. Januar. An. 1624. æt. an 53. off. 7. Pol. in MS.)

ANDRE-

ANDREAS, Johan. D. & in Acad. Francofurt. P. P. Pater, EBERTUS, prius Presbyter Nissens. & Ottmachoviens. deinde Eccles. Francofurt. cis Viadr. Pastor.

Hic Evangelium Viadrina Primus in Æde
Edocuit, Sancto Flamine ductus ovans.

(N. Grunæbergæ 12. Julii An. 1479. Dominica XIX. post Trinitat. 3. Octobr. An. 1535. primam habuit Concionem. θ. Writzæ in Neomarchia 22. August. An. 1557. ætat. an. 78. Ministerii, an. 22. Seckendorff. Hist. Luther. L. 3. sect. 15. §. 50. Polius in MS.)

JACOBUS EBERTUS, SS. Th. D. & in Acad. Francofurtens. P. P.

Hebræa, Grajaque potens, Latiaque Minerva
Relligionis Opus volvis, Eberte, Vires.

(N. Sprottaviæ 26. Januar. An. 1549. C. E. S. ϑ. Francofurt. cis Viadr. mens. Febr. An. 1615. ætat. an. 66. Melch. Adam. in Vit.)

ANDREAS ECCARDUS, Ecclesiæ Namslaviens. Pastor & Senior.

Nî populum zelo docuissem, vix mihi summo
In Cœlo vernans parta corona foret.

(N. Wartenbergæ 4. Decemb. An. 1588. ϑ. Namslaviæ 5. Martii An. 1652. ætat. an. 63. septiman. 15.)

FRIDERICUS ECCARDUS, Phil. & Med. D. felix ap. Bregens. Practicus.

Auxilii tibi materies notissima; morbos
Inde peroptata dexteritate levas.

(N. Oppolii 25. Junii An. 1587. θ. Bregæ 27. Februar. An. 1634. æt. an. 47.)

MELCHIOR ECCARDUS, Illustr. Pr. Olsnens. Concionator Aulicus, & Ducatus Superintendens.

Chemnicium vatumque ferax & Græca tenentum
Me talem & Mysten ad sacra dia tulit.

(N. Chemnicii Misn. Francisco & Othilia Parentibus, 18. Oct. An. 1555. Calagius. Uxorem duxit Sigismund. Suevi Filiam. C. E. S. θ. Olsnæ 20. Januar. An. 1616. ætat. an. 60. mens. 3. d. 2. Ministerii an. 31. Orat. funebr.)

FABIANUS ECCELIUS, Germ. Eckel &c. Primus Evangelicæ Doctrinæ ap. Lignicens. ad B. Virgin. postea Ecclesiæ Glacens. Pastor & Senior.

Eccelius Ligiæ quondam lux prima Cathedræ;
Dum Glacense logis pascit Ovile, cadit.

(Ob erroneam Caspar. Schvvenckfeldii doctrinam removetur Lignicii ab officio An. 1532. ϑ. Glacii apoplexia, Dominica Exaudi, 1. Junii An. 1546. Nic. Polius in MS.)

M. MATERNUS ECCELIUS, Francostenio-Sil. prius Eccles. Elisabetan. Vratislav. postea Benshemii, in Inferiori Palatinatu Pastor.

Eccelio pia crediderat sua Templa Budorgis;
Ille quod amotus munere, caussa latet.

(In Magistrum promovit An. 1556. Uxorem duxit Vratisl. An. 1560. An. eodem, 9. Novemb. Pastor Eccles. Elisabet. solenniter introductus. Deinde An. 1562. d. 22. Maji dimissus. Henelius. Vixit etiamnum An. 1591. Pol. in MS. θ. Benshemii. Melch. Adamus, in Vit. Zachar. Ursini, mihi pag. 533.)

WENCESLAUS ECKERUS ab Eghofen, Eq. Bohemus, S. C. Mtis Supremus per Sil. Vectigalium Præfectus.

Gratia quæ ruris, quis honosque, Eckerus adumbrat;
Hinc, Vates inter quod numeretur, habet.

(N. Opoliæ, prædio paterno non procul Praga, Michaele & Regina Parentibus, 24. Mart. an. 1539. Calagius. ϑ. Vratisl. 24. Febr. An. 1611. æt. an. 72. Pol. in MS.)

MELCHIOR ECCIUS, Phil. & Med. D. Physicus in Patria Ordinarius.

Per vitam mihi Phœbus amor, mihi claror Hygeja;
Inque meas laudes Phœbus & Hæmus eunt.

(N. Leobergæ 14. Sept. An. 1590. ϑ. ibid. catarrho suffocativo 13. Maji An. 1628. æt. an. 38. Orat. funebr.)

M. JACOBUS ECKNER, Ecclef. Glogovienf. Custos, & Pastor apud Suidnicenf. ad SS. Stanislai & VVenceslai.

Non fugiens pestem commissum pavit Ovile
Eckner hic, illud idem deinde secutus iter.

(ϑ. Peste 20. August. An. 1497. Epitaph.)

BALTHASAR FRANCISCUS ab EDELSTEIN &c. S. C. Mtis & Supremæ per utramque Sil. Præfecturæ Consiliarius.

Climacter magnus, quo vix damnosior alter,
Me rapit ex vestro non sine laude choro.

(N. 21. Februarii An. 1594. θ. Vratisl. 10. Octob. media noct. An. 1657. ætat. an. 63.)

CHRISTOPHOR. EHRING, Ph. & M. D. Reip. Vratisl. Medicus Pestilentiarius.

Felici cura morbos hic opprimit omnes,
Exprimit & vivax Nomen in Orbe sibi.

(N. Francosteinii 8 Nov. An. 1570. ϑ. Vratisl. peste 20. August. An. 1633. ætat. an. 63.)

MARTINUS EICHHOLTZ, Sonnenvvalda-Misnicus, Pastor in Majori Kirchen, & Presbyterii Lubenenf. Senior.

Quinquaginta duos tua dogmata, Christe, per annos,
Ore gravis, placidus moribus, edocui.

(θ. ibid. per totam vitam ne unica quidem (Schikf. L. 1. p. 245.) concione morbi caussa neglecta 8. Januar. An. 1603. ætat. an. 77. Conjugii 50. Ministerii an. 52. Polius in MS.)

GODO-

GODOFREDUS EICHHORN, Illustriss. Ducis Lignicens. Consiliarius, Ill. Ord. Lignic. Syndicus, & Provincialis Ærarii Director.

Gnara sibi poscit Ligii me cura Regentis,
Atque Senatorum congregat ipse choro.

(N. Tschirnæ, Districtus Gurens. oppido, 22. Januar. An. 1603. ♰. Lignicii apoplexia 21. Octob. An. 1667. ætat. an. 64. Sept. 39. Epitaph.)

LUCAS EISENREICH, Consiliarius Cæsareus, & Ducat. Vratisl. Præfectus.

In Patriæ quæ gesta bonum, si forte tacebunt;
Ast Olæ Viadrus junctus abinde dabit.

(N. 27. Januar. An. 1431. ♰. Vratisl. 16. Maji An. 1506. ætat. an. 75. m. 6. d. 2. off. Senator. 29. Capitaneat. 15. Polius in MS.)

DANIEL EITHNERUS, P. L. Scholæ Patriæ Rector.

Non ideo linquenda mihi divina Poesis,
Scurræ ausu ut fuerit perniciosa semel.

(N. Wolaviæ An. 1588. ♰. ibid. 18. August. An. 1640. ætat. an. 52.)

M. CASPAR ELEGIUS, Primus in Eccles. Havelschvverdens. Evangelicæ Doctrinæ Pastor.

Numinis Æterni Virtus elegit & auxit
Elegium, ut promat jussa verenda Dei.

(N. Vratisl. Clar. ed. Orat. funebr. super obitu D. Maximiliani II. Rom. Imp. Pragæ. ♰. Kiligsvvaldæ, in Comitat. Glacens. 21. Mart. An. 1593. ætat. an. 72. m. 8. d. 27. Minist. 42. Pol. ex Epitaph.)

JOACHIMUS ELSNERUS, Phil. & Med. D. Reipubl. Patriæ Physicus.

Elsnerum patria nemo deploret in Urbe
Denatum; in Nato vivit, ovatque suo.

(N. Vra-

(N. Vratisl. 19. Aprilis An. 1612. θ. ibid. 9. Maji hor. 2. pom. catarrho suffocativo An. 1671. ætat. an. 59. d. 20. off. 18.)

JOACHIMUS GEORGIUS, Joachim. Fil. ELSNERUS, Phil. & Med. Utriusque D. & Practicus in Patria felicissimus.

Filius ELSNERI felici sorte patrissat,
Præcipue in Chymicis Nomine clarus ovat.

(N. Vrat. m. Febr. An. 1642. θ. ibid. febr. maligna 3. Maji An. 1676. æt. an. 35. curr.)

FRANCISCUS EMERICUS, Medicus Viennensis.

Officium Medici quonam consistat in usu,
Ingenii promis mente, Emerice, tui.

(N. Oppaviæ. C. E. S. An. 1538. Gesner. Melch. Adam in Vit. Joh. Schröeteri.)

JOHANNES EMERICUS, Phil. & M. D. Reipubl. Patr. Physicus Ordinarius.

Gallum promerui: Patriæ Æsculapius alter,
Omne genus morbi Pœonia arte fugo.

(N. Hirschbergæ 4. Novemb. An. 1568. Vixit An. 1632. ætat. an. 64.)

GEORGIUS EMMERICUS, prius Illustrissimo Pr. Lignicens. a Secretis, deinde Provincial. ibid. Curiæ Notarius.

Nî Secreta Ducis servassem pectore clauso,
Concio vix nostrum tota probasset opus.

(θ. Lignicii 31. Octobr. An. 1617. ætat. an. 65. Epitaph.)

CHRISTOPHOR. ENGEL, Phil. & Med. D. Illustr. Comitum de Gorcka &c. Archiater.

Angelus Iätricam gestat cum laude tiaram;
Ante amor hanc meruit, nunc meret ipse labor.

(N. Vratisl. 15. Januar. An. 1537. Polius. In Doctorem Medicinæ

promovit Tubingæ, 24. Julii An. 1571. Uxorem duxit Annam Poleyin a Thiergarten An. 1577. ex qua ſuſcepit Filium Chriſtophorum, Poſnaniæ 31. Decembr. An. 1578. ibid. Poſnaniæ vixit Pater, mortuusque ibidem. Nicol. Henelius.)

DANIEL ENGELHARD a Coroskavv &c. Patritius VVratislavienſis.

Et mores hominum variasque tuerier urbes,
Cum Laërtiade laus ea parta mihi eſt.

(N. Vratisl. Johanne, & Magdalena, Pucheri Filia, Parentibus, ipſo die Pentecoſtes 20. Mart. An. 1553. Calagius. θ. ibid. 30. Aprilis An. 1624. ætat. an. 71. Epitaph.)

JOHANNES ENGELHARD, Reip. Wratislaviens. Senator.

Durus & acer eram reprobis, ſed mitis egenis;
Angelico hinc mea laus aſſociata choro.

(N. 10. April. An. 1561. θ. Wratisl. 20. Januar. An. 1623. ætat. an. 62. off. Senator. 3. Polius in MS.)

MELCHIOR ERBE ab Ehrenburg, U. J. D. Conſiliarius Cæſareus, & Epiſcopalis, ut & Judicii Secularis in Inſula D. Johannis Vratislav. Cancellarius.

Si qua catenatos comitetur Fama labores,
Hujus amore mori laus erit una mihi.

(N. Leobſchüzii 20. Julii An. 1587. θ. Wratisl. 7. Januar. An. 1641. ætat. an. 54.)

MATTHÆUS ERMERICUS, JC. & Poeta, Practicus apud Vratislav. eximius.

Jura meum ſtudium, mea delectatio Muſæ;
Laus eſt hinc Famæ non moritura meæ.

(N. Leobergæ Adamo, & Barbara Helvvigia, Parentibus, 22. Januar. An. 1553. Calagius. θ. Vratisl. catarrho ſuffocativo 3. Mart. An. 1611. æt. an. 59. Pol. in MS.)

M. MAR-

M. MARTINUS ETHNERUS, Ecclesiæ Gurens. Pastor & Senior.

Pascere terrestres animas cœlestibus escis,
Jussio, Christe, tua est, officiumque meum.
(✝. Guræ 18. April. An. 1620. ætat. an. 30. Minist. an. 6.)

JOHANNES ETSCHERUS, Bilicio-Siles. Med. D. Reip. Oppoliens. Physicus.

Te levat ad Medicos labor indefessus honores;
Queis opus, accedent cætera, dante DEO.
(Clar. An. 1622.)

JOHANNES ETZLERUS, Eccles. Strelens. Pastor Primarius & Senior.

Cottidie inservisse Deo, mea cura, meum cor;
Sicque memor fueram muneris, atque mei.
(N. 21. Septembr. An. 1590. ✝. Strelæ 18. Maji An. 1660. ætat. an. 70.)

M. BALTHASAR EXNERUS, P.L. Cæsar. in Illustr. Gymnas. Schönaichian. Histor. P. P. Illustr. Junioris Principis Teschin. Informator.

Sors quid iniqua premis genio præstante Parodum?
Cui Flaccus citharam præbuit ipse suam.
(N. Hirschbergæ Wenceslao, & Anna Mencelia, Parentibus, 24. August. hor. 6. vesp. an. 1576. A. Calagius. C. E. S. θ. Wratisl. in Suburbio Elbingens. peste 27. Sept. An. 1624. ætat. an. 49. curr. N. Henelius.)

ANTONIUS FABER, Med. D. Physicus Fribergens. in Misnia.

Arte Medens longoque fuit celeberrimus Usu;
Inde faber vere Nominis ipse sui est.
(N. Hirschbergæ An. 1505. Uxorem duxit Francisci Wormanni, Elector. Saxon. per an. 42. Archiatri, Filiam. ✝. Fribergæ 17. Januar. an. 1575. ætat. an. 70. off. 34. Pol. in MS. Hornicæus.)

BASILIUS FABER, Sora-Silesius, Philosophus.

Thesauros alii Crœsique Midæque reponant;
Qui meus est, Musis commodat æs superans.
(C. E. S. An. 1571. Draud.)

M. DAVID FABER, Eccles. Elisabetanæ Vratislav. Diaconus.

Ut cedat laudique tuæ, spartæque decori,
Edocui verbum, Christe benigne, tuum.
(♰. ibid. 30. Junii int. hor. 8. & 9. matut. An. 1652. æt. an. 39. septim. 14. d. 2.)

FRANCISCUS FABER, cognomento Köckritz, Reip. Wratislaviens. Secretarius, Philologus & Poeta.

Andino similem grandi te surgere versu,
Ut taceant homines, ipse Sabothus ait.
(N. Ottmachoviæ Sil. 3. Octobr. An. 1497. C. E. S. ♰. Wratisl. 19. Septemb. An. 1565. ætat. an. 68. off. 24. Henelius. *Successit ei Johan. Sturmius. Pol. in MS.*)

M. JOHANNES FABER, Ducat. Monsterberg. & Diœces. Francostein. Physicus & Medicus Ordinarius.

Mancipiis Meditrina tuis constanter adhæsi;
Mnemosyne meritum, quod mihi, didit humo.
(N. Lignic. ♰. Francosteinii 6. Decembr. An. 1597. ætat. an. 52. Epitaph.)

TOBIAS FABER, Eccles. Sternbergensis Pastor & Ducalis Superintendens.

Fabrica salvifici Fabro mihi credita Verbi;
Quod bene cessit opus, Spiritus alme, tuum est.
(N. Neostadii Sil. An. 1551. Variis in locis, uti in Patria, ita & in

Ducatu

Ducatu Olsnens. Verbum docuit. ϑ. Sternbergæ Morav. Dominica Sexagesimæ hor. 1. noct. An. 1614. ætat. an. 63. Minister. an. 23.)

BALTHASAR FABRICIUS, Poeta Laur. Cæsar.

Gratatus Regique novo, Regisque Poetæ,
Istius heu! letho sistitur Ister aquis.

(N. Sagani. ϑ. Posonii mens. Septemb. An. 1563. ætat. an. 24.)

GEORGIUS FABRICIUS, Secundus, P. L. prius Ill. Pr. Teschiniens. Adami Wenceslai, Concionator Aulicus, deinde Eccles. Cassoviensis, denique Parochial. Bregens. Pastor & Senior.

Conjunxi Musis Martem: dein Cassoviensi;
Denique Bregea Pastor in Æde docens.

(N. Falckenbergæ Adamo, & Eva Zindelia, Parentibus, 3. Aprilis An. 1575. Calagius. C. E. S. ϑ. Bregæ 13. Octob. An. 1640. æt. an. 65. m. 6.)

CASPAR a FALCKENBERG, in Netsch &c. Illustriss. Pr. Olsnens. Consiliarius & Judex Provincialis.

Principis ad nutum dictis moderabar & actis,
Consiliumque mihi resque locusque dabat.

(N. Mens. Januar. An. 1544. ϑ. in prædio suo An. 1611. ætat. an. 67.)

SIGISMUNDUS a FALCKENHAIN, in Petervviz, Ducat. VVratisl. in Districtu Novoforens. Senior.

Sigismundus erat Charitum caput atque Minervæ,
Numine cum superis, nomine vivit humo.

(N. mens. Decembr. An. 1598. ϑ. 21. Januar. An. 1649. æt. an. 50.

BARTHOLOM. FALCONIUS, Theologus Orthodoxus in Polonia.

Relligionis opus, verique profeſſio verbi,
Mequ e odio cruciat, meque favore beat.
(N. VVratisl. in Novemb. An. 1559. Vixit An. 1620. ætat. an. 61.)

M. JOHANNES FECHNERUS, P. L. Gymnaſ. Mar. Magdal. VVrat. Rect. & P.

Aonii felix Doctor, FECHNERE, popelli es;
Attica cui roſeo Nectare vena fluit.
(N. Freiſtadii 10. Nov. An. 1604. C. E. S. Vivit hoc anno 1682.)

M. MARTINUS, M. Joh. Pat. FECHNERUS, Variar. Ecclеſ. denique Neukirchianæ Paſtor.

Lætor me variis JESUM docuiſſe ſub oris;
Namque ita JHOVA ſuos mirificare ſolet.
(N. Glogoviæ 28. Sept. An. 1579. Docuit Eulenbergæ in Miſnia, Freiſtadii in Sileſia, Tſchemeſnæ in Aula Silvveria Bohemor. denique Nevvkirchii in Diœceſ. Hirſchbergenſ. ϑ. Neukirchii 2. Maji An. 1647. ætat. an. 67. menſ. 5. d. 3. Miniſterii hic & alibi 44. Epitaph.)

DANIEL, Johan. Fil. FEIGIUS, Reip. Patriæ Conſul.

Muſæ donec erunt & erunt his donec honores,
Semper honoratus (namque ita dignus) eris.
(N. Goldbergæ. θ. in Patria 23. Novemb. An. 1640. ætat. an. 54. Epitaph.)

JOHANNES FEIGIUS, Reip. Patriæ Conſul, & Gymn. Ducal. ibid. Rector.

Quod mihi recta probe Schola, tradita curia & ipſa eſt.
O parili hanc etiam, da DEUS, arte regam!
(N. Goldbergæ menſ. Octob. An. 1556. θ. ib. 7. Novemb. A. 1617. ætat. an. 61. off. 33. Henel. ex Epitaph.)

THEOPHILUS FEIGIUS, P. L. Paſtor Johanneus Lignicii, Conſiſtorialis & Superintendentiæ Adminiſtrator.

Quid Satanæ fremitus timeam, quid mortis & orci?
Glorior in summi servus amore DEI.

(N. Binovvicii Ducat. Lignicens. pago 16. Mart. An. 1598. θ. Lignicii 23. Nov. hor. 1. mat. an. 1652. æt. an 54. septim. 36. d. 3. Orat. funebr.)

LEONHARDUS FELBERUS, Eccles. VValdaviens. in Ducat. Lignicens. Pastor & Presbyterii Senior.

Scriptores veteres si laus conferre novellis,
Immemor haut nostri Fama laboris erit.

(N. VVratisl. 6. Nov An. 1565. C. E. S. θ. VValdaviæ 26. Octobr. An. 1614. æt. an. 49. Minist. 27. Pol. in MS.)

M. BALTHASAR FELGIBEL, Scholæ Panjeucianæ ad Camenicium in Podolia Rector.

Quod mihi Musa dedit, furor omne Podolicus aufert;
At fama & genii vis tamen ampla manet.

(N. Lignic. Clar. An. 1609.)

TOBIAS FENDIUS, Pictor apud VVratislaviens. ingeniosissimus.

Humanos vultus hic pingere novit ad unguem,
Cæsa sed & monimen huic monumenta dabunt.

(C. E. Monumentis sepulchralib. An. 1544. in f. Labb. Vogl. Introd. c. 4. θ. VVratisl. 7. Januar. An. 1576. Henel. & Polius.)

HIERONYMUS FERIMONTANUS, sive VVildenbergius, aliis Cingularius, Phil. & Med. D. Primus Gymnas. Ducal. Patrii Instaurator, tandem Reipubl. Thorunens. Physicus.

Iatrosopho quei non liceat formare Juventam?
Præside me schola habet Cattica principium.

(N. Goldbergæ An. 1465. Vocatus Culma-Borussor. An. 1504. ad Rectorat. Schol. Patr quo summa cum laude per octennium functus est. Polius in MS. θ. Thorunii Boruss. 30. Sept. An. 1558. ætat. an. 93. off. Physicat. an. 43. Melch. Adamus ex Epitaph.)

JOHAN-

JOHANNES FERINARIUS, prius in Academ. Wittebergens. Ethices, deinde in Marpurgens. Historiar. P.P.

Hassia me patrio suscepit ab orbe remotum,
Testes sunt fidei Biblia parva meæ.

(N. Novofori 24. Julii hor. 5. vesp. Patre Johanne, Pastore loci, An. 1534. C. E. S. plur. Draud. Docuit Witebergæ An. 1565. Freistadii An. 1567. Bregæ An. 1572. denique Marpurgi, ubi & θ. An. 1602. ætat. an. 68. Polius in MS. Joh. Gualter.)

JOHANNES, Johann. Gymn. Elisabet. Colleg. Fil. FERSIUS, Phil. & M. D. Protonotarius Apostolicus, & ad D. Johan. in Patria Canonicus.

In præfecturæ prætoriæ origine sudans,
Hoc potui famæ mnema parare meæ.

(N. Vratisl. Clar. editis Scriptis. Draud. θ. VVratisl. 1. April. An. 1611. Polius ex Epitaph.)

JOHANNES FERSIUS, Phil. & M. D. Reip. Patr. Physicus.

Ante Sophos celsa cerebri rimatus in arce;
Iatrosophus docta Fersius arte cluit.

(N. Strel. Uxorem duxit D. Johan. Hermanni Filiam. θ. Strelæ dysentericus 24 August. An. 1599. Polius in MS.)

JOHANNES FESCH, U. J. D. Philologus, & Juris Practicus in Patria celeberrimus.

Et linguas callens, Sophiamque atque abdita Juris,
Alter & alter erit, te haut puto major erit.

(N. Vratisl. θ. in Patria cœlebs 10. Junii circ. hor. 10. pom. An. 1645. æt. an. 63.)

GODOFREDUS, Godofredi Fil. FIBIG, U. J. D. & in Acad. Jenens. P. P.

Præcocibus solet ingeniis mors invida semper
Esse; quod exemplo das, Godofrede, tuo.

(N. VVra-

(N. VVratisl. Patre Godofredo, ad D. Bernhard. VVrat. in Neapoli Diacono. (θ. 12. Octob. An. 1631. æt. an. 49. Ministerii An. 19.) 13. Octob. An. 1612. θ. Jenæ 23. Maji An. 1646. ætat. an. 34. curr. Adrian. Beier.)

PAULUS FIBINGUS, U. J. D. Reip. Suidnicens. Consul.

Caussarum tutor, justique patronus & æqui,
Delicias Charites qværo, coloque, meas.

(N. Picinii 24. Januar. An. 1575. θ. Bregæ An. 1633. ætat. an. 58. ex Autographo ipsius Filii.)

CASPAR. FIRLINGUS, Med. D. & Reip. Patriæ Physicus.

Firlingum medicumque bonum, vatemque politum
Gloga refert, doctis fota, favensque viris.

(N. Glogoviæ 7. Octob. An. 1559. ϑ. ibid. 27. Octob. An. 1606. æt. an. 47. Polius.)

HENRICUS FIRLINGUS, Ph. & Med. D. Practicus in Patria experientissimus.

Herbarum vires Firlingus norat ad unguem,
Nec, quæ vim mortis tolleret, ulla fuit.

(N. Glogoviæ 20. Octob. An. 1607. θ. ibid. 16. Nov. An. 1657. æt. an. 50. mens. 2. d. 3.)

PETRUS FISCHERUS a Croschvviz, Patricius Suidnicensis.

Et Themidi & Musis genii meditatus agonas,
In flore heu! vitæ mortis agone cado.

(N. Suidnicii 28. Januar. An. 1581. θ. ibid. 13. April. An. 1614. ætat. an. 34. Aleutnerus.)

TOBIAS FISCHERUS, Ph. & M. D. Reipubl. Patr. Physicus.

Patria me Medicum perhibet ; sed scibile quodvis
Quod teneam, testis Bibliotheca mihi est.

(N. Suidnicii 13. Sept. An. 1559. ♰. ibid. 8. Octob. An. 1616. æt. an. 57.)

CHRISTOPHOR. Johannis, Diac. Suidnicens. Avus, FLASCHNERUS, prius Eccles. ad D. Christophori, Wrat. Pastor, deinde Eccl. Elisabetan. Diaconus, denique Taurensis in Ducat. Wratisl. Pastor.

CHRISTUM corde tuli, nec ab ejus mente recessi;
Cujus agon vitæ dos fuit una meæ.

(♰. ibid. 2. Febr. An. 1568. ætat. an. 79. Ministerii hic & ibi an. 52. Polius in MS.)

M. FRIDERICUS FLASCHNERUS, prius Eccles. Patriæ, deinde Illustr. Comit. ab Hohenzollern, in Arce Künsberg, Concionator Aulicus.

Non inhonora fui Patriæ columella Cathedræ ;
Me tamen exsilio pellit abinde fides.

(N. Suidnicii 9. April. An. 1602. ♰. in Künsberg phthisi 4. Julii An. 1640. ætat. an. 39. Minist. 13. Orat. fun.)

JOHANNES FLASCHNERUS, Ecclesiæ prius Suidnicens. Archi-Diaconus, deinde Hernstadiens. Pastor.

Patria prima mihi Bresla est ; est altera Suidnis ;
Illa mihi vitam, vitæ opera hæcce dedit.

(N. Wratisl. Patre Esaia, Matre Catharina Baudisia, 18. Junii An. 1575. Calagius. ♰. Hernstadii 21. Julii hor. 6. matutin. An. 1631. ætat. an. 56. septiman. 4. d. 4. orat. funebr.)

M. JOACHIMUS, Johannis Theol. Filius, FLEISSERUS, Ecclesiastes in Patria Magdalenæus prius, deinde Elisabetanæ Pastor & Superintendens.

Os geniumque patri similis, Joachime, diserte es ;
Nomine non dispar, urge opus istud, eris.

(N. Wra-

(N. Wratisl. 11. Januar. An. 1587. ϑ. ibid. 29. Maji An. 1646. æt. an. 60. current.)

JOHANNES FLEISSERUS, SS. Theol. ut & Phil. D. Paſtor in Patr. Eliſabetanus.

Et Sophus & Myſtes celebris, Fleiſſere, fuiſti;
Hoc tibi perpetuant, Breslaque & Iris epos.

(N. Wratisl. 29. Mart. An. 1540. C. E. S. ϑ. ibid. apoplexia 4. Maji An. 1593. ætat. an. 54. Miniſt. 21. Polius.)

JOHANNES, Johannis Fil. FLEISSERUS, Phil. & Med. D.

Teutone quæ tellus profert generamina vidit;
India quæ profert vidit &, & periit.

(N. Wratisl. 11. Octob. An. 1582. ϑ. in oppido Jaines Tovvne in Virginia, media æſtate An. 1608. æt. an. 26. Polius.)

CHRISTIANUS FLEISCHER, Gelnitio-Hungarus, Eccleſ. Mar. Magdal. Wratislav. Diaconus.

Symmyſtam vidit me ſplendida Bresla ſacrorum;
E tripode hæc ſacri codicis hauſta tuli.

(ϑ. Wratisl. 15. Junii An. 1547. ætat. an. 49. Miniſt. 20. Polius in MS.)

GEORGIUS FLORSCHUTZ, Gorlitio-Luſat. Phil. & Med. D. Reip. Suidnicenſ. Phyſicus.

Languentes animas dum ſurripo faucibus orci,
Me metit indomitis mors fera forcipibus.

(ϑ. Suidnicii 29. April. An. 1615. Polius in MS.)

M. PAULUS FLOETERUS, Schol. Ducal. Lignicenſ. Rector.

In Sophicis potui tortos evolvere nodos,
Hoc mihi ne nomen, vane Sophiſta, nega.

(N. Freistadii θ. Lignicii 19. Decemb. An. 1590. ætat. an. 35. off. 7. Epitaph.)

CHRISTIANUS, Frid. Fil. FOLCKEL, Ph. & M. D. Reip. Strelens. Physicus.

Dum fugo febriles, Medica arte, viriliter æstus;
Me fugat, atque suo mors jugat atra choro.

(N. Wratisl. 23. August. An. 1626. θ. Strelæ, mens. Julio An. 1662. æt. 36.)

FRIDERICUS FOLCKEL a Tscheschenavv, Reip. Wratisl. a Secretis.

Quæ modo Breslæa sacra curia gessit in urbe,
Signavi fidus mente, manuque, Notans.

(θ. Wratisl. 29. Maji An. 1639. æt. an. 52. off. an. 10.)

HORATIUS, L. B. a FORNO, in Lissa & Stabelvviz, Consiliarius Cæsar. & Cameræ Silesiacæ Præses.

Induperatoris me Gratia dia Baronem
Fecit, & Elysiæ jussit adesse rei.

(N. 21. Octobr. An. 1587. θ. VVratisl. 16. Julii An. 1654. æt. an. 67. curr. Sepeliebatur in Templ. D. Mariæ in arena.)

M. PETRUS FRADELIUS, Chemnicio-Misnicus, Acad. Pragens. P. P. & Collegii Angelici Præpositus.

Fradelii Genius prosaque, metroque, triumphans
Boëmus ut, & Moravi victi Eride, exsul obit.

(θ. VVratisl. 13. Maji An. 1621. æt. an. 35. circiter.)

JOHANNES CHRISTOPHORUS, L. B. a FRAGSTEIN, in Krolckvviz & Nimsdorff, &c. S. C. Mtis & Supremæ per utramque Siles. Præfecturæ Consiliar. & Cancellarius.

Romani caput Imperii miratur, amatque
Mentis & ingenii munera; meque beat.

(N. in

(N. in Ducat. Oppolienſ. 29. Januar. An. 1629. ♃. Vrat. 6. Sept. an. 1682. æt. an. 53.)

FRANCISCVS, I. Nobilis Sileſius, Illuſtriſſ. Pr. Boleslai Cancellarius, Epiſcopus Vratislavienſ. XVII.

Me quoque Jova ſacris junxit Bresleide in urbe;
Quæque prius didici jura, meos docui.

(Electus 1. Maji An. 1181. Confirmatus a Petro II. Archi-Epiſcopo Gneſnenſ. ♃. An. 1198. Sepult. ad D. Johan. Vratisl. Polius.)

M. ADAMUS FRANCISCVS, Conſiliarius Brandeburgicus, Monaſterii Heilbrunnenſ. Abbas & Territorii Superintendens.

Margaris e ſacris me progenerata Parente,
Lux longum poterit nominis eſſe mei.

(N. Jägerndorpii. Clar. editis Scriptis. Draud. θ. Heilsbrunnæ 28. Septembr. an. 1593.)

JOHANNES FRANCISCVS, Paſtor in Majori Schotkavv, Ducat. Vratislav.

Naviculam Chriſti tremulamque vagamque ſub orbe
Carmine producis; Nauta eris ergo bonus.

(N. Olaviæ, Patre Johanne Eccl. Olav. Polonic. Paſtore, 20. Decemb. An. 1612. mortuo 12. Julii An. 1591. C. E. S. Vixit menſ. Junio an. 1625.)

CASPAR FRANCK, prius Cameræ Caſſovienſ. deinde Cæſar. Vratisl. a Rationibus, Poeta elegantiſſ Conſil. Cæſ. & per utramque Sileſiam Archivorum Præfectus. Sic ſcribitur in Epigr. Calagii Cent. 6. Cod. in p. 52.

Res prius Elyſiæ Cæſar mihi credidit Aulæ;
Credidit & plectrum dius Apollo ſuum.

(N. Lignic. Clar. ed. Elegia de memorabili Præſidii Jaurinenſ. recuperatione, An. 1598. & al. ♃. Vratisl. 4. Maji an. 1610.)

GREGORIUS FRANCK, Phil. & M. D. & Reipubl. Patr. Physicus.

Delitium Meditrina meum fuit, atque voluptas;
Nunc eadem est & erit cura, laborque meus.

(N. Vratisl. Gregorio, & Anna Baudisia, Parentibus, 22. Julii An. 1575. A. Calagius. ϑ. ibid. 29. Septembr. An. 1631. æt. an. 56. off. 2.)

MICHAEL FRANCK, Eccles. Elisabetan. Vrat. Diaconus.

Elisabes templum tria me per lustra Ministro
Audivit Verbi dogmata, Christe, tui.

(N. Lignic. Pater est Friderici, Ecclesiæ Bethaniens. Pastoris. ϑ. Vratisl. 16. Febr. An. 1586. ætat. an. 56. Minist. 14. Polius.)

ABRAHAMUS a FRANCKENBERG, in Ludvvigsdorff, Eques Silesius.

Liberioris amans Montis, Parnassidos alpes
Transcendit, Generi nomina clara datans.

(N. in Ludvvigsdorff. 8. Junii An. 1593. θ. ibid. 25. Junii An. 1652. ætat. an. 59.)

VALENTINUS FRANCUS a Gisbach in Caubiz, Nobschüz & Belmsdorff, U. J. D. Consiliarius Cæsareus, & Ducatus Monsterbergens. ut & Diœces. Francostein. Syndicus.

Hic justi adsertor, jurisque Patronus habetur,
Hæc extra est Clarii totus in arte chori.

(N. Annæbergæ 23. Jan. An. 1562. Educatus Schnebergæ. C. E. S. De Fidejussoribus v. Schikf. L. 4. c. 1. p. 4. Draud. θ. Francosteinii 28. April. An. 1616. ætat. an. 54.)

GEORGIUS FRANTZKIUS, JCtus, Com. Palat. Cæs. Sereniss. Elect. Sax. Aulæ Gothanæ Consiliarius & Cancellarius.

Hel-

Helluo Thespiadum, non est quod Theta timescas;
Acta tibi dederit dum Themis alma fori.

(N. Leobschützii, Gregorio & Margaretha Reimannia, Parentibus, 15. Martii S. V. An. 1594. C. E. S. ϑ. Gothæ 15. Jan. post hor. 7. matut. An. 1659. æt. an. 64. mens. 9. Andr. Gnügius in Orat. funebr.)

ANDREAS FREIDENHAMMER, Ecclesiæ Olsnensis Præpositus.

Fidus in officio mortem permansit ad usque,
Malleus æthereæ legis, amansque gregis.

(θ. Olsnæ An. 1586. Polius.)

M. ANDREAS FREIDENHAMMER, Eccles. Falckenbergens. Pastor & Superintendens.

Scripturæ puris consensum ex fontibus haustum
Proposuit docili buccina grata gregi.

(θ. Falckenbergæ 20. Januar. 1615. ætat. an. 58. Polius in MS.)

M. SALOMON FRENCELIUS, Jaura-Siles. prius Eccl. Elisabetan. Vratisl. Diaconus, deinde Ecclesiar. Bregens. & Namslaviens. denique Piltschzens. in Ducat. Jägerndorpiens. Pastor.

In metrisque suis vivens, Natoque Poeta
Frencelius, longæ nomina laudis habet.

(Duxit uxorem D. Ambrosii Moibani Filiam. θ. Piltschzii 15. Mart. An. 1602. ætat. an. 73. Minist. hic & ibi an. 40. Polius.)

SALOMON, Salomon. Fil. FRENCELIUS, a Fridenthal, P. L. prius Acad. Juliæ P. P. deinde Rigæ Livoniens. Gymnas. Rector.

Julia Frencelium dicit certare Catullo;
Slesia dicit idem Patria; Riga probat.

(N. Vra-

(N. Wratisl. ex Parentibus ſupra dictis, An. 1561. C. E. S. Draud. ☩. Rigæ 18. Junii An. 1605. ætat. an. 44. Nicol. Polius in MS.)

MATTHÆUS FRENELIUS, Cancellariæ Vrat. a Latinis Expeditionibus.

Muſica, Muſa, Matheſis amor meus iſta domi ſunt;
Publica qua tractem, Curia fare, fide.

(N. Gotlebiæ in confinibus Bohemiæ 14. Octob. An. 1574. ☩. Wratisl. leni apoplexia tactus 13. April. An. 1629. ætat. an. 55. off. 33. Polius in MS.)

ANDREAS FREYHUBIUS, SS. Th. D. & in Acad. Lipſienſ. P. P.

Lipſia me pepulit, quid tum? Serveſta recepit;
Poſt zelum cœlo perfruor auricomo.

(N. Sprottaviæ, Lipſia dimiſſus 26. Maji An. 1576. Hondorff. ☩. Serveſtæ Anhaltin. 24. Junii An. 1585. ex Bucholcero Gualterius. Al. An. 1586. Polius in MS.)

CHRISTOPHOR. FREYTAGIUS, P. L. Concionator Aulicus & Oppidanus Würtenbergico-Olsnenſis, & Miniſterii Senior.

Freytagium Aonidum chorus & prædulcis Alethe,
Certatim donis excoluere ſuis.

(N. in pago Ruppersdorff, Diſtrictus Strelenſis, 20. Decemb. An. 1597. ☩. Olsnæ 14. Julii An. 1657. æt. 60. curr.)

FRIDERICUS FREYTAG, in Sapraſchin &c. Reip. Patriæ Senator.

Palladis & Sophiæ & Phœbi ducebar amore;
Inde mihi vivax eſt reparatus honor.

(N. Vratisl. 15. Nov. An. 1613. ☩. ibid. catarrho apoplectico 17. Decemb. An. 1662. æt. an. 49. ſeptiman. 4.)

LAU-

LAURENTIUS FREYTAG, in Michelsdorff & Saprafchin, U. J. D. Confiliarius Ducalis Monfterbergicus, & Cancellarius Trachenbergicus.

Dura pati, durosque quii tolerare labores;
Nempe cupit tales Aulica Vita Viros.

(N. in Kupferberg An. 1575. θ. in pago Stufa, Diftrictus Novoforenf. 6. Junii An. 1629. æt. an. 49.)

CHRISTOPHOR. FREYWALD, JCtus & Lib. Baronat. Milicenf. Confiliar. & Cancellarius.

Formavit Themis ingenium, Sapientia pectus;
Famam propagat Mufa polita meam.

(N. Mifenæ 27. Maji S. V. An. 1593. ϑ. Vratisl. 25. Julii An. 1655. ætat. an. 63. curr.)

CHRISTIANUS, Johan. Fil. FRIDERICUS, U. J. Lic. Scabinatui Reip. Wrat. a Secretis.

Augmentum Generis, doctrinæ colligis ufu;
Vivit & in Nato laus fat honora tuo.

(N. Lignicii 28. Junii An. 1609. C. E. S. Sacris. ϑ. Wrat. 1674. menf. Febr. æt. an. 64. m. 7. off. 20.

M. JOHANNES FRIDERICUS, Ecclefiæ Mar. Magdalen. Vratisl. Diaconus.

Pacis amans humili vita delector & ore;
Os faftum & fucum grandiloquentis habet.

(N. Namslaviæ 2. Decemb. An. 1574. ϑ. Vratisl. 10. Junii An. 1633. æt. an. 59.)

JOHANNES, Pauli Fil. FRIDERICUS, U. J. D. Reip. Patr. Conful, & Confiftorii Ducal. ibid. Adfeffor Primarius.

Refpondi temere nunquam, cunctantius egi;
Confilii eft multis copia facta mei.

(N. Lignicii 8. Mart. An. 1566. ♰. ibid. 24. Maji An. 1629. ætat. an. 63.)

PAULUS FRIDERICUS, prius Illustrissimo Pr. Lignicensi a Secretis, deinde Reipubl. Oppidanæ Prætor.

Juris amor Fridericus erat, Ducis acta gubernans;
Præturam nactus gessit honore gravi.

(♰. Lignicii 19. Febr. An. 1607. ætat. an. 70. off. secret. 31. Prætor. 5.)

PAULUS FRIDLAND, Illustriss. Pr. Olsnens. Consiliarius.

Intemerata Fides, Pietas, & Principis ardor,
Sunt testes Genii post pia fata tui.

(N. Smolnæ, in Ducat. Olsnens. 2. April. an. 1602. ♰. Olsnæ 20. Februar. an. 1639. ætat. an. 37.)

PAULUS FRIDEWALD, Med. D. prius Acad. Bononiens. P.P. deinde Archiater Episcopalis.

Arte Cous, senioque fui; quid ringere Mome?
Hanc cineri Famam dat pia Bresla meo.

(N. Vratisl. Paulo, & Catharina ex Familia Rackorum Francofurtens. 20. Nov. An. 1528. Andr. Calagius. ♰. ibid. 20. April. an. 1608. ætat. an. 80. off. 25. Polius.)

M. JOHANNES FRIMELIUS, Ecclesiastes ad D. Elisabet. in Patria, & Gymnas. ibid. Hebr. Lingu. P. P.

Hebræa arte valens, artemque juvante Minerva
Formavit Patriæ clara Lycea Scholæ.

(N. Vratisl. 7. Junii An. 1606. C. E. S. ♰. ibid. 28. Januar. An. 1660. ætat. an. 54. Minister. 13.)

ABRAHAMUS FRISIUS, Ecclesiæ Petro-Paulin. Lignicii Pastor, & Consistorii ibid. Ducalis Adsessor, ut & Scholarum Inspector, Chronologus.

Calcu-

Calculus Hiſtoriæ ſacro cum Codice quadrat;
Senſus ineſt ſcriptis (Mome apage!) iſte meis.

(N. Laubæ Luſat. 20. Auguſt. An. 1570. θ. Lignicii 13. Maji hor. 9. mat. an. 1627. ætat. an. 56. menſ. 9. Miniſt. 31. Epitaph. Orat. funebr.)

CASPARUS FRISIUS, Judicii ibid. Regii Adſeſſor, Reique Publicæ Patriæ Conſul.

De Patria meritus bene Friſius, e Patria ivit
In Patriam; Cœles nunc viget hic & ibi.

(N. Suidnic. θ. in Patria 24. Martii An. 1617. ætat. an. 42. Nic. Henelius.)

THOMAS FRITSCHIUS, Crucigerorum cum Rubea Stella per Polon. & Sileſ. ad D. Matthiæ VVrat. Magiſter, Muſicus excellens.

Fritſchius harmonia ſuavisque gravisque decenti,
Stella Sodalitii non moritura ſui.

(N. Gorlicii Luſat. Patre, Thoma, Ph. & M. D. Phyſico, Matre, Anna Störtzelia, Conſulis Filia, 25. Auguſt. an. 1563. Andr. Calagius. A Fratribus Conventualibus, poſt obitum Johan. Henceji, in Magiſtrum electus quidem, ab Archi-Epiſcopo vero Pragenſi ne minime confirmatus, in Cænobium quoddam Regni Bohemiæ promotus. θ. Vratisl. 27. Mart. an. 1619. ætat. an. 56. Nic. Polius in MS.)

GEORGIUS FROBENIUS, Reipubl. Wratisl. Scabinographus.

Judicii ſcribam me Relligione, fideque
Curia teſtis erit; quid mage velle queam?

(θ. ibid. 23. Maji an. 1576. Pol. in MS.)

CASPAR FROELICH, in Wilckavv, Reip. Vratislav. Senator.

Lætus homo, ſalibus ſi quando jocisque vacaret;
Totus at in gravibus rebus apertus erat.

(θ. Vratisl. 7. Nov. An. 1590. ætat. an. 56. off. 30. Polius in MS.)

CHRISTOPHOR. FROELICH, ſive Hilarius, Eccleſ. Mar. Magdal. Vratisl. Archi-Diaconus & Senior.

Mente hilari; promto ore docens, quæ Biblia tradunt;
Gratiam apudque homines promerui, atque Deum.

(N. Olsnæ. θ. VVratisl. 18. Febr. an. 1564. ætat. an. 80. Polius in MS.)

ANDREAS FRUAUFF, Reip. Lignicenſ. Pro-Conſul & Senior, ut & Judicii Provincialis Adſeſſor.

Adfuit in rebus dubiis Conſultor acutus,
Exornans Ligium dexteritate ſolum.

(N. Suidnicii 28. Nov. an. 1578. θ. Lignicii 19. Junii an. 1644. ætat. an. 66. ſeptiman. 29. d. 1. Epitaph.)

ABRAHAMUS FUCHS, Med. D. & Reip. Reichenbachienſ. Phyſicus.

Fuchſius herbarum ſuccosque & ſemina novit;
Hinc ſe Spagyricis dat, Paracelſe, tuis.

(θ. Reichenbachii menſ. Novembr. an. 1614. ætat. an. circiter 40.)

BARTHOLOM. FUCHS, Abbas ad D. Virgin. Mariæ, Vratisl. in arena.

Exoſus vitiis, nulli pietate ſecundus,
Expediit ſpartæ munia dia ſuæ.

(θ. Wratisl. 26. Jan. An. 1620. ætat. an. 73. Sedit. an. 43. Polius.)

SEVERINUS FUCHSIUS, Phil. & Med. D. Practicus in Patria eximius.

Hippocratis ſectatus erat feliciter artes,
Succreſcens rapuit Parca ſevera decus.

(N. Suid-

(N. Suidnicii Menſ. Febr. An. 1609. θ. ibid. 14. April. An. 1640. æt. an. 31.)

JOHANNES FURENSCHILT, U. J. D. Eccleſ. Cathedralis Vratislav. Cantor & Canonicus.

Jura colens humana prius, Divina ſecutus,
A Canonum norma Nomen, eposque tuli.

(N. Niſſæ. θ. Vratisl. 18. Octob. An. 1546. Epitaph. Memin. & ejus, Grunæus.)

BERNHARDUS FUHRMAN, U. J. D. & Practicus Vratisl. famigeratiſſimus.

Eunomien Auriga veho; Sacra Jura quadrigas
Suppeditant; currum dia Themiſta tenet.

(N. Torgæ Bartholomæo, Senatore & Camerario Reip. Patriæ, Matre, Dorothea Georgia, 10. Julii An. 1573. Andr. Calagius. θ. Vratisl.)

FABIANUS, Matthiæ Frater, FUNCK, in Acad. Francofurt. Orator, P. P.

Aſſurgant alii multo ære inſignibus emtis!
Nil moror affanias, Res mihi pro titulis.

(N. Hainoviæ. Flor. An. 1514. & Clar. Ed. Scr. Trithem.)

M. MATTHIAS FUNCK, Acad. Francofurtenſ. P. P.

Intuma Caſtalii guſtavit pocula fontis
Funccius; hinc vena divite metra datat.

(N. Hainoviæ. Flor. An. 1400. & Clar. ed. Scripto Poetico, Triumphi Chriſtiani, & mult. aliis Trithemius. Nicol. Polius in MS.)

JOSEPHUS FURST a Kupferberg in Liebenſtein, Girbirgs, & Albrehtsdorff, Reip. Vratisl. Senator & Scholarum Præſes,

Fürstius antiqua notus virtute, fideque;
Hæc animæ dotes auxit, at illa animi.

(N. Wratisl. 21. Junii An. 1564. ♃. ibid. 27. Julii An. 1620. æt. an. 56. off. 22. Polius in MS.)

SIGISMUNDUS a FüRST & Kupfferberg, Hæreditarius in Albrechtsdorff & Kattern, &c. Reip. Patr. Senator Consularis.

Præsens, ingenio, virtute, decore nitentem
Me ferat; at Natos, postera secla ferent.

(N. Wratisl. 2. Maji An. 1618. θ. in Patria hydropicus hoc An. 1674. 28. Sept. æt. 57. curr. off. 23.)

JOHANNES GALLICI, Med. D. Alberti III. Austriæ Ducis, Archiater, & in Acad. Viennens. P. P.

Et docuit simul & fecit medicamina grata
Gallicus; hinc ævi laus fuit ampla sui.

(N. Vratisl. Flor. An. 1394. quo etiam anno in Acad. Viennens. Rectorem egit. Ederus.)

JOHANNES a GAFRON, JC. & Sereniss. Elector. Brandeburg. Consiliarius.

Scilicet hoc doctrina potest, & candida virtus;
Jure Electoris te tenet alma Domus.

(N. Strelæ pridie Dominica Exaudi An. 1580. Vixit adhuc An. 1605. E. S.)

NICOLAUS a GAFRON, in Elgut &c. Illustriss. Pr. Olsnens. Consiliarius.

Incoctum cernens generoso pectus honesto,
Me voluit Princeps ad latus esse suum.

(θ. Olsnæ 8. Octob. An. 1633. ætat. an. 51.)

WENCESLAUS a GAFRON, in Superiori Straden & Janschdorff, Illustriss. Pr. Würtembergico-Olsnensis Consiliarius.

A ductu

A ductu Themidos per publica vota perite
Respondi in spartæ conditione meæ.
(N. An. 1580. θ. in prædio suo Janschdorff An. 1649. æt. an. 69.)

JOACHIMUS GARCÆUS, SS. Th. D. prius Eccles. Saganens. deinde Pastor & Superintendens Promnitianus.

Quod docuit Genitor, quod Avus cum laude secutus,
Nunc doceo cœtum non sine fruge meum.
(N. Avo, M. Johanne Sen. Hamburgense, Patre D. Johanne, VVittebergense, & Matre Catharina Tamstorffia 6. Octob. An. 1567. A. Calagius. Fit Superintendens, 1. Dec. An. 1597.)

DIETERICUS a GARTZ in Ritza, Collegii Senatorii Reip. Patr. Præses.

Mens animi vulgus supra tibi provida facta est;
Fasque piumque foves; Jusque bonumque juvas.
(N. VVratisl. 27. Jan. Ao. 1582. θ. ibid. 27. Nov. An. 1652. ætat. an. 70. mens. 10. off. 32.)

JOHANNES CHRISTOPHOR. a GARTZ, in superior. Stradam, Lib. Baronat. VVartenbergens. Præfectus.

VVartenberga tibi, solo virtutis amore
GartzI, promta suum est adproperare Caput.
(N. 28. Septemb. An. 1589. θ. 24. Julii An. 1652. ætat. an. 63.)

ABRAHAMUS GASTO, JC. prius Syndicus Gubenens. deinde in Judicio Provinciali Lusat. Infer. Adsessor Regius.

Mystam Adrasteæ me clara Gubena fatetur;
At vatem votum paci habitum usque feret.
(N. Suibusii VVolfgango, Consule, & Elisabetha Grossia, Parentibus, 23. Maji hor. 4. matut. An. 1570. A. Calagius. Adjunctus in Pacificatione cum Hungaris Legatus. θ. 2. Maji An. 1619. ætat. an. 49. Polius in MS.)

FLAMINIUS, Gabrielis, Senat. Fil. GASTO, Med. D. Illustriss. Pr. Georgii Rudolphi, Ligio-Bregens. Consiliarius & Archiater, ut & Reip. Gurens. Physicus.

Artis me Medicum felicem notio fecit;
O infelicem! qui caret hujus ope.

(N. Suibusii 9. Sept. h. 10. mat. An. 1571. Clar. Ed. Scr. Draud. ϑ. Guræ 5. Febr. hor. 12. pomerid. An. 1618. ætat. an. 47. Melch. Adamus. Nic. Polius in MS.)

GODOFREDUS FLAMINIUS GASTO, Gura Silesius, M. D. Reip. Lesnens. Physicus.

Flamine Flaminius medicante celebris in orbe,
Arte sua potuit quamque fugare νόσον.

(ϑ. Lesnæ Polon. 28. April. An. 1658. ætat. an. 58.)

WOLFGANGUS Gabrielis Senatoris Suibus. & Dorotheæ Martiniæ Fil. & Flaminii Frater, GASTO, Phil. & Med. D. Illustriss. Pr. Lignicens. quondam Consiliarius & Archiater.

Me Meditrina sacram comitatur honoris in ædem,
Datque Piasteum demeruisse Ducem.

(N. Suibusii 8. Februar. An. 1585. ϑ. Haynæ 21. Febr. An. 1657. ætat. an. 72. Conc. funebr.)

M. JOHANNES GEBAWER, P. L. Theologus Exsul.

Ecce meum Fatum! mihi mansio nulla relicta est,
Famam mî & peperit Musa, famem & pepulit.

(θ. Wratisl. 18. Mart. An. 1631.)

PETRUS GEBAVVER, SS. Th. D. Eccles. Cathedralis VVratislaviensis Archi-Diaconus & Senior.

Vox ego sacra sonans venerabili in æde ferebar,
(Quid magis optaram) quam Slesis ampla tenet.

(N. Glogoviæ 15. August. An. 1574. θ. VVratisl. 8. Septemb. An. 1646. ætat. an. 72. Epitaph.)

JACOBUS GEBEL, Reipubl. Bregensis Senator & Notarius.

Vir fideique bonæ fuit hic, calamique diserti;
Jure Senator erat, jure Notator erat.

(θ. Bre-

(ϑ. Bregæ 1. Jan. An. 1617. æt. an. 65.)

JOHANNES GEBHARDUS a Goeppelsberga, Secretarius Ducal. Bregensis.

Principis hic arcana sui cum laude ministrans,
Aoniis reficit se quoque sæpe vadis.

(N. Nimicii 26. Nov. An. 1577. θ. Bregæ 21. Maji An. 1622. ætat. an. 44. septiman. 24. d. 6. Orat. fun.)

SEBALDUS GEBHARDUS, Reip. VVratisl. a Secretis.

Quas Breslæa diu peperit mihi curia curas,
Diluit harmonia vespere Musa sua.

(N. Namslaviæ. θ. VVratisl. in sella sedendo 17. Jan. An. 1604. ætat. an. 62. off. 32. Successit ei Joh. Kretschmar. Polius in MS.)

SEBASTIANVS GEBHARDUS, Reipubl. Lignicens. Syndicus, & Scabinatus ibidem Præses.

Vixit & excessit Charitumque Dicesque propago;
Nestora qui vita vincere dignus erat.

(N. Lignicii. ϑ. Lignicii 13. Junii An. 1628. ætat. an. 34.)

ANDREAS GEISLERUS, in Pols- & Golsdorff, U.J.D. Com. Palat Cæsar. PPrr. & Stat. utriusque Siles. ut & Illustr. PPrr. Ligio-Bregens. Consiliarius, Ducatusque Lign. Cancellarius.

Jure Palatini Comitis Geislerus honorem
Sustinet; est Patriæ fax Themidosque jubar.

(N. Bregæ 29. Junii S. V. An. 1572. ϑ. Lignicii 25. Junii An. 1624. æt. a. 51. mens. 11. d. 11. Epitaph.)

CHRISTOPHOR. a GELHORN, Eq. Siles. Consiliarius Cæsar. Eccles. Cathedralis VVratisl. Scholasticus & Canonicus.

Natus Eqves, sacris addixi nobile pectus,
Post a consiliis Cæsaris (euge!) fui.

(ϑ. VVratisl. 14. April. An. 1624. Epitaph.)

FRIDERICUS a GELHORN, in Alten Grotkavv, Cæsar. per utramque Sil. Cameræ Consiliarius, & Dicasterii Suidnicensis Regii Adsessor.

Nobilis ingenii Gelhorn splendore refulgens,
An non Pegasei numina fontis amet?

(N. 18. Septemb. An. 1582. θ. Suidnicii 26. August. An. 1636. æt. an. 54. Orat. fun.)

JOACHIMUS GEORGIUS, Wratisl. Siles. U. J. D. & in Patria Practicus.

Abdita sacrarum scrutans penetralia legum,
Fama fui Breslæ non moritura meæ.

(θ. in Patria 20. Febr. An. 1599. ætat. an. 45. Polius.)

GEORGIUS GERHARDUS, in Grabkovviz, U. J. D. Illustriss. Pr. Olsnens. Consiliarius, & Præfecturæ Supremæ per utramque Sil. Cancellarius.

Elysiæ dubias justa res dirigo lance;
Præfectura suam me canit ipsa manum.

(N. Bregæ, Georgio, & Magdalena Noldia, Parentibus, 25. Nov. An. 1571. θ. Wratisl. fluxu hepatico 16. Nov. hor. 2. matut. An. 1639. ætat. an. 68. off. 37. Georg. Seidel. in Conc. fun.

M. GEORGIUS GERHARDUS, in Gymn. Ducal. Patr. Græc. Lingv. P. P.

Grajugenum docui juvenes formare loquelam,
Laude Piastéum me beat hocce solum.

(N. Bregæ. Clar. An. 1608. Vixit adhuc An. 1625.)

THOMAS GERHARDUS, Præpositus ad Spir. Sanct. & Pastor ad D. Bernhard. VVratislav.

Præpositumque pium me Bresla, bonumque docentem
Fassa, sacrat Famæ sic pia liba meæ.

(N. Bregæ. θ. Wratisl. 9. Octob. An. 1572. ætat. an. 60. Minist. 19. Pol. in MS.)

FRIDERICUS GERICIUS, Ph. & Med. D. Reip. Bregensis Physicus.

Et veteres legi Medicos, legique recentes;
His basibus nixus morbida quæque fugo.

(N. Lubenæ, Johanne, Lubenens. Consule, & Margaretha Bernhardia, Parentibus, 12. Maji An. 1580. Calagius. θ. Bregæ 31. Decemb. An. 1641. ætat. an 61. mens. 7.)

GODOFREDUS, Frid. Fil. GERICIUS, Med. D. & Reip. Patriæ Physicus.

Strumosos alii curent; tu corpora sanas
GericI, patriæ prora salusque tuæ.

(N. Bregæ 31. Aug. An. 1610. Vivit hoc an. 1684.)

ANDREAS GERLACHIUS, Torga-Misnicus, Med. D. Poliater VVratislaviensis.

Misnia Gerlachium Bresleæ credidit Urbi;
Factitat iste opus heic; Illa ibi sentit epos.

(θ. VVratisl. 27. Junii An. 1613. ætat. an. 39. Polius in MS.)

JOACHIMUS GERLACHIUS, M.D. Reip. Javoriensis Physicus.

Gerlachii famam memorat pia Jaura Medentis,
Scilicet est ejus sæpe levata manu.

(θ. Jauræ 15. Octob. An. 1570. ætat. an. 47. Polius ex Epitaph.)

M. MELCHIOR GERLACHIUS, Senior, prius Eccles. Soraviens. deinde Patriæ Pastor.

Me Patria inprimis, Soravia deinde docentem
In Cathedra atque Schola vidit utrumque Virum.

(N. Boleslaviæ. θ. in Patria 12. Febr. An. 1585. ætat. an. 60. Minist. Soraviæ an. 14. Boleslav. an. 12. Polius ex Epitaph.)

RUDOLPHUS a GERSDORFF, S. C. Mtis. & Supremæ per utramque Sil. Præfecturæ Consiliarius.

Cæſaris ornavit commiſſa negotia Divi,
Præclarum generis lumen, honosque ſui.

(N. VVratisl. in Inſula D. Johannis, 21. Octob. An. 1629. æt. an. 31. Epitaph.)

MARTINUS GERSTMAN, U. J. D. prius Eccleſ. Cathedral. VVrat. Decanus, D. Maximiliani II. Rom. Imp. Secretarius, DD. Matthiæ & Maximil Archi-Ducc. Auſtriæ Præceptor, denique Epiſcop. VVratisl. & per utramque Sil. Præfectus.

Jura Cathedralem mihi contribuere tiaram;
Laus, bene quod Sleſiæ res mihi geſta fuit.

(N. Boleslaviæ, Chriſtophoro, Senatore, & Catharina Libaldia, Parentibus, 8. Mart. An. 1527. Creatus Epiſcopus 1. Julii An. 1574. Præfectura ſupremæ Curiæ donatus, antequam Pallium Epiſcopale Roma acceperat. ♃. Niſſæ, podagra, 22. Mart. (al. 23. Maji.) An. 1585. ætat. an. 58. Sedit an. 13. Teſtamento legavit, pro continuandis Sileſiæ Annalibus, 1000. thaleros Sileſiacos. Henelius, Polius in MS. Gualter. & Bucholcer.)

CHRISTOPH. GERSTMANNUS, Eccleſiæ Cathedr. Vratisl. Canonicus & Epiſcopatus Adminiſtrator.

Sedis Epiſcopiæ tutor, fax ampla Cathedræ,
Et genii & generis flamma coruſca fuit.

(♃. Vratisl. in logelia Pauſabii A. 9. mat. A.C. 1598. Epitaph.)

SEBASTIANUS GERSTMAN, U. J. D. Conſiliarius Cæſareus, & Brandeburgicus, ut & in Acad. Francofurt. P.P.

Marchia dum divæ dabit annua ſacra Themiſtæ;
Gerſtmanno & ſacrum conferet alma ſuum.

(N. Boleslaviæ 24. Junii An. 1542. ♃. Francofurti cis Viadr. 15. Nov. circ. hor. 10. veſp. A. 1601. ætat. an. 59. menſ. 4. Melch. Adam. ex Orat. fun.)

VIN-

VINCENTIUS GERSTMAN, Reipubl. Boleslaviens. Patriæ Consul & Senior.

Consulis officium Gerstmannus gessit, & Æquum
Quæsiit & Justum; Jus habet hocce decus.

(ϑ. In pago Ottendorff apoplexia 21. Decemb. An. 1595. æt. an. 73. Epitaph.)

JEREMIAS GESNERUS, Salomonis Frater, Med. D. prius Reip. Gryphenbergens. deinde Laubanens. denique Javoriensis Physicus.

Sanguine Gesnero consors & nomine & arte;
O Fama & Fato sim quoque JHOVA velit!

(N. Boleslaviæ An. 1560. ϑ. Jauræ 23. Decemb. An. 1618. æt. an. 58. Pol. in MS.)

JEREMIAS GESNERUS, Junior, Philosoph. & Medicinæ Doctor.

Esse Vir incipiens Medicusque heu! morte trucidor;
Sit brevis ut Fama heic, vita ibi perpes erit.

(ϑ. Vratisl. 21. Septemb. An. 1616. ætat. an. 26.)

SALOMON GESNERUS, SS. Th. D. in Acad. Witebergens. P. P. & Ecclesiæ Aulicæ Concionator.

Elysios monui, legerent vestigia veri;
Num crepidam supra? Sympatriota fui.

(N. Boleslaviæ, Paulo, Verbi Ministro, & Anna, ex Cunradorum familia, Parentibus, 8. Nov. An. 1559. (An. 1557. El. Reusn.) ex Mylio & Huttero, Calagius. C. E. S. Draud. prius Scholæ Patr. deinde Gymn. Stetinens. Rector. Polius in MS. ϑ. Witebergæ 7. Febr. An. 1605. æt. an. 46. Melch. Adamus. al. æt. an. 45. mens. 3. Minist. an. 10. profess. an. 12. Epitaph.)

ADAMUS a GFUG & Föllersdorff, in Nevvdorff &c. Eques Silesius, Illustriss. PPrr. Ligio Bregens. Consiliarius.

 Cura

Cura mihi veri potior fuit, altera Pacis;
Sit ſua laus aliis, hæc mea, Chriſte, tua eſt.

(N. in Domo Girlesheim im Winckel 20. Julii An. 1519. Davide, Aulæ Lignicenſ. Ducal. Mareſchallo, & Ludomilla ab Uchtrizin, Parentibus. Uſus fuit Symbolo ex Zachar. 8. cap. Tantum Veritatem & Pacem. ✝. 8. Febr. An. 1593. ætat. an. 74. ex Epitaph. & Pauli Hensleri Conc. funebr. Andr. Calagius.)

JOHANNES a GFUG & Föllendorff, in Manza, Roskovviz & Waldichen. Eq. Sileſius.

Me comis gravitas, ſupra Doctrinaque vulgus
Entheat; at Pietas relligioſa magis.

(N. An. 1576. Sacra Biblia ter & vigeſies legit, ut & Patres Eccleſiaſticos. θ. 1. Jan. An. 1615. æt. an. 39. N. Henelius æt. an. 40. N. Polius.)

M. JOHANNES GIGAS, prius Scholæ in Valle Joachimica Rector, deinde Eccleſiæ Freiſtadienſis, denique Suidnicenſis Paſtor.

Aonii montes Vatem genuere Gigantem;
Hinc canit æterno Carmina ſacra DEO.

(N. Northuſæ Thuring. ad Sylvam Hercyniam, Oppido non ignobili 22. Februar. (24. S. Suevus.) An. 1514. Bucholc. Gualter. C. E. S. plur. Draud. θ. Suidnicii 12. Julii An. 1581. æt. an. 67. m. 5. ſeptim. 20. off. Rector an. 30. Miniſt. 8. Mel. Adamus. Vid. Polium in Hemerologio.)

LUCAS GILLERUS a Lilienfeld, Phil. & Med. D. Reip. Gryphenberg. Phyſicus.

Morborum cauſſas grato medicamine tollens,
Inſero me Medicis, non ſine laude, choris.

(N. Oppaviæ An. 1578. Flor. An. 1618. ætat. an. 40.)

MARTINUS GIRBICK, Med. D. & Illuſtriſſ. Pr. Lignicenſ. Archiater,

Prin-

Principis Archiatrum mea me Meditrina creavit;
Est honor; ast honor hic quam grave portat onus.
(N. Hainoviæ. θ. Lignicii 31. August. an. 1547. Epitaph.)

JOHANNES GIRCKIUS, prius Schol. Litomissiens. apud Fratrr. Rector, deinde apud Slezanos Minister, denique Exulum in Borussia Nidburgi Pastor.

Quid gemis extorris? Catechetica nostra revolve;
Pendula nec sortis desere vela tuæ.
(N. Suidnic. Clar. ed. Catechismo Confession. Fratrr. Bohem. An. 1555. θ. ibid. 1. Mart. An. 1562. Regenvolscius in System. Chron.)

CHRISTOPHOR. GIRSNERUS, JC. prius IV. Episcopis Bambergensibus a Secretis, deinde Reip. Norinberg. Primicerius.

Sic me dia Themis, sic me mactavit Apollo;
A meritis Noris me canit alma meis.
(N. Vratisl. 19. Mart. An. 1552. θ. Norimberg. 15. Jan. An. 1629. ætat. an. 77.)

BALTHASAR GITLERUS, Ph. & Med. D. & Acad. Lipsiens. P. P. ejusdemque Facultatis Decanus.

Ad Clarium Sophus & Medicus Gitlerus Elystrum
Ingenii claret fertilitate sui.
(N. Leobergæ. θ. Lipsiæ An. 1617. octogenario major, al. nonagenarius, Brunone testante.)

PAULUS GLODIUS, Sbanchinensis, Eccles. Elisabetan. Vrat. Diaconus Polonicus & Senior.

Breslæis junxit me lingua Polonica sacris;
His bene quod functus, Gratia, Christe, tua est.
(θ. Vratisl. 6. August. An. 16 6. ætat. an. 75. Minist. 44. Polius.)

ISAAC GLOCKHER de Thessis, Consiliarius Cæsar. & in Camera Imperiali Silesiaca Quæstor Ordinarius.

Me

Me ſtatuere catum Cauſſæ, Quæſtura fidelem;
Hinc pars ſum Cameræ, Dive Mathia, tuæ.
(θ. Vratisl. 8. Decembr. hor. 8. veſp. An. 1634. ætat. an. 65. curr.)

JUSTINIANUS GLOTZER, Reipubl. Olomucenſis Conſul.

Manſuetus juſtis, ſed jus renuentibus aſper,
Nominis iſte memor Juſtinianus erat.
(θ. Vratisl. 27. Novemb. circ. meridiem An. 1606. ætat. an. 70. off. 26.)

TOBIAS GLOTZER, Medicin. Candidat. Pharmacopœus Vratislavienſis.

Si non ſufficerent Famæ tibi pharmaca facta,
(At pote ſunt) illam Chloris amoena daret.
(N. Olomucii Moravor. An. 1589. Clar. ed. Florilegio herbar. exoticar. θ. Vratisl. 11. Mart. An. 1631. æt. an. 42.)

M. PAULUS GNILIUS, Claſſicus Præceptor Argentinæ.

Muſis nutritus Muſarum pectora nutrit
Gnilius; an fruſtra ſic eſitaſſe ſiet.
(N. Bilicii 24. Jan. An. 1588. θ. Argentinæ menſ. Sept. An. 1637. ætat. an. 49.)

MATERNUS GNISEN a Kobach, SS. Th D. Eccleſ. Cathedral. Vrat. Canonicus, & D. Rudolph. II. Imp. Rom. a Sacris.

Et Canonas Biblicos, & quos Eccleſia ſanxit,
Dum ſequor, inſequitur Mors, & ad ima rapit.
(θ. 23. Octob. An. 1611. Epitaph.)

JOACHIMUS GOBIUS, Phil. & U. J. D. Glogoviæ Majoris & in eodem Ducatu Civitatum Syndicus.

Cor Sophiæ, Phœbique canor, candorque Themiſtæ,
In te uno ſedem tres habuere ſuam.

(θ. Glo-

(θ. Glogoviæ, febr. ardentiſſ. extinctus 23. Auguſt. An. 1612. ætat. an. 41. menſ. 6. d. 11.)

GODOFREDUS, Roma Italus, EPISCOPUS Sileſiæ I.

Præſul me Primo ſancti lux publica verbi
Illuxit Sleſis celite ab orbe meis.

(Ex ſingulari providentia Johannis XIII. P. P. per Legatum Ægidium, Card. & Epiſcopum Tuſculanum &c. Epiſcopus creatus An. 966. Sedit ad An. usque 983. Muneris an. 16. Regenvolſcius. Polius.)

JOHANNES GOLDMAN, P. L. Reipubl. Vratislav. Scabinographus.

Aurea qui Phœbique Dicesque Sacraria tractas,
AUREUS ex merito nomine, reque VIR es.

(N. Namslaviæ 6. Auguſt. An. 1574. θ. Wratisl. 16. Julii an. 1637. ætat. an. 63. off. 28.)

MARTINUS GOSKIUS, Eccleſ. Marianæ in Patria Paſtor.

Me Schola, me Templum fidum agnovere docentem;
Si lapſus, me etiam ſcito fuiſſe hominem.

(N. Lignic. θ. Lignicii 23. April. An. 1612. ætat. an. 70. off. ſchol. an. 2. Miniſter. 46. Pol. in MS. Grunæus ex Epitaph.)

GREGORIUS GOTHARDUS, prius ad D. Dorotheæ Wrat. Monachus Ord. D. Auguſtini ultimus, deinde Paſtor Evangelicus ad 11000. Virgines, Vrat. ante portam.

Exuit hic Monachi mutata mente Cucullam,
Solus ei meritum & Regula Chriſtus erat.

(θ. Wratisl. 23. Mart. An. 1542. Sepultus in Cœmiterio ad D. Salvatoris ante portam Suidnicenſ. prout ipſe voluit. Polius in MS.)

M. PETRUS GOTHARDUS, P.L. prius Schol. Soldinæ in Marchia, deinde Freistadii, postea Gymn. Patrii Elisabetan. P. P. denique Eccl. Hermsdorff. Pastor, Mathematicus.

Urania, Clejo, Sophia feror, Historiaque;
Sat facit ad laudes ista Quadriga meas.

(N. Wratisl. mens. April. An. 1575. Clar. Ed. Scr. Vixit An. 1620.)

JEREMIAS GOTWALD, Ecclesiæ Fridebergens. ad Quissum Pastor.

Nomine evectus ovò; Polytecnia firmat amorem;
Inque Dei sylva rejuvenesco docens.

(N. Hirschbergæ 28. Sept. An. 1532. θ. Fridebergæ 22. August. an. 1606. ætat. an. 74. Minist. 33. Conjugii 48. XVI. Liberorum Pater, Avus Nepotum XLVIII. Polius in MS.)

JOHANNES a GOETZE & Schvvanenflüs in Höffichen, Peltschüz & Polnisch Marchwitz/ Consiliarius Cæsareus, & in Rep. Wrat. Collegii Senatorii Præses, Castri Namslav. Director.

Mercuriale mihi pectus formavit Alethe,
Consiliis juta est Bratesilea meis.

(N. Brixenstadii Franconiæ Civitat. A. C. 1600. mens. Junio. ϑ. Vrat. 22. Martii A. C. 1677. hor. 6. matut. æt. an. 77. curr. off. Senat. 32. Præsidii an. 6.)

JOHANNES GOETZIUS, Senator Teschinens. Vectigal. Cæsar. & Ducal. Quæstor.

Recta prius Schola rite mihi, Collega Senatus,
Colligo nunc reditus Cæsaris atque Ducis.

(N. Carnoviæ An. 1568. ϑ. Teschinii 25. Januar. an. 1629. ætat. an. 61.)

CASPARUS GRAEFF, Phil. & Med. D. Practicus apud Wratislaviens.

Jam

Jam collecta mihi, morbos quæ certa fugare;
Impedit at Praxin mors inimica meam.
(θ. Vratisl. 3. Sept. An. 1620. æt. an. 28.)

M. GODOFREDUS GRASSE, Eccles. Patr. ad D. Bernhard. Vrat. in Neapoli Diaconus & Senior.

Doctrinam Vitamque Deo, secloque sacravi;
Terra tegat Patriæ corporis ossa mei.
(N. Vratisl. 9. Januar. An. 1624. θ. ibid. 11. August. an. 1662. æt. an. 38.)

FRANCISCUS GRATZERUS, Ordin. Augustin. Regular. Vrat. ad B. Mariæ in arena Abbas XL.

Servivi Christo, justumque piumque tuendo;
Nomine partus honor post mea fata manet.
(θ. Vratisl. 31. Mart. An. 1554. Successit ei Martin. Bothenfelder, Francus, ejus Coadjutor. Pol. in MS.)

GEORGIUS GRAVIUS, U. J. D. & Reip. Glogoviens. Syndicus.

Attribuit Juris mihi dona utriusque Themista;
Syndicus hinc Gloga clarus in Urbe fui.
(N. Vratisl. 8. Februar. an. 1536. θ. Glogoviæ, cujus Epitaphium in Sepulchreto vidend. Calagius.

JACOBUS GRESNERUS, Ecclesiæ in Ducatu Olsnens. Stampensis Pastor.

Quid Salome Nato poscat malesana Jacobo,
Ostendis scriptis, docte Jacobe, tuis.
(Clar. ed. Scr. θ. in Pastoratu, an. 1627. ætat. an. 58.)

GEORGIUS GRETSERUS, Illustr. Pr. Olsnens. Consiliarius & Secretarius.

Phradmosyneque atque Evepie, Candorque, Fidesque
Efficiunt, gratus sis uti Principibus.

(N. Curiæ Morav. An. 1579. ϑ. Vratisl. 30. Octob. an. 1635. ætat. an. 56.)

CAROLUS GREUSERUS, Ph. & Med. D. Poliater in Patria.

Ne ſuperent Greuſere nepos tua philtra Cratonem,
Te necat heu! celeri trux Libitina manu.

(N. Vratisl. Gandolpho M. D. & Catharina, Parentibus, An. 1568. θ. in Patria 22. Sept. an. 1611. æt. an. 43. Polius.)

GANDOLPHUS GREUSERUS, Ph. & Med. D. Poliater Vratislav.

Greuſerus morbos contra pugnavit acutos,
Arte levansque malum, ſeque decore beans.

(θ. Vratisl. An. 1552. Polius in MS.)

GEORGIUS GRISSAWER, Carinthius, Eccleſiæ Petro-Paulinæ ap. Lignicenſ. Paſtor, & Con-Superintendens.

Dia ſalutiferi pandens Oracula JHOVÆ,
Nil metui mundi fulmina bruta mali.

(θ. 7. Junii An. 1554. Sepult. Goldbergæ. Huic ſucceſſit M. Henr. Theodoricus, Hilpershuſa-Francus, olim Præpoſitus Naumburgi ad Quiſſum Ducat. Saganenſ. Polius in MS.)

CASPAR GROSSIVS, U. J. D. Diſtrictus Guravienſ. Syndicus & Practicus celeberr.

Juſtitiæ pro flore pugil fortiſſimus audit
Groſſius, atque Fori Guravienſis honor.

(N. Glogoviæ 3. April. An. 1592. θ. Ravicii Polon. 25. Decemb. an. 1644. æt. an. 52. curr.)

GODOFREDUS, Simon. Th. Fil. GRUNÆUS, U. J. Licent. Illuſtriſſ. Pr. Lignicenſ. Conſiliarius & Conſiſtorialis.

Ut Patris in Ligios nullo delebilis ævo
Gloria ſuccrevit, creſcat & aucta tibi.

(N. Li-

(N. Lignicii 9. August. An. 1592. ϑ. ibid. 21. Julii An. 1654. ætat. an. 62.)

M. SIMON GRUNÆUS, P. L. Illustriss. Pr. Lignicens. a Consiliis sacris, Consistorii ibid. Director, Ducatt. Lignic. & VVolaviens. Superintendens, ut & Templi Mariani in Patria Pastor.

Grynæus, Grunæe, dedit tibi nomen Apollo;
Plectra Thalia, Charis suavia, sacra Biblis.

(N. Lignicii, Simone & Catharina Seifertina Parentibus, 9. Mart. An. 1564. C. E. S. Draud. Vogl. in Notit. Script. c. 4. ϑ. in Patria, Dominica Cantate 21. Maji An. 1628. æt. an. 64. m. 2. d. 2. Minist. 41. Conjugii 41. Orat. fun.)

GREGORIUS GRUND, Reip. VVratisl. Senator & Camerarius.

Quæsiit in fundo Themidos bona Melpomenesque,
Et sic fundamen nobile laudis habet.

(ϑ. VVratisl. 8. Junii An. 1531. æt. an. 48. mens. 2. d. 29. off. 17. Pol. in MS.)

ANDREAS GRYPHIUS, Ducat. Glogoviens. Syndicus Provincialis.

Quod faciant artes grandem, non laurea, vatem,
Gryphius Aoniis comprobat ipse modis.

(N. Glogoviæ 11. Octob. An. 1616. Glar. edit. Scriptis plur. ϑ. in Patria apoplex. 15. Julii An. 1664. ætat. an. 48. curr.)

PAULUS, Andr. Pater. GRYPHIUS, Ecclesiæ Patr. Glogoviens. Pastor.

Fidus eram tum mente, manu tum, fidus & illum,
Qui fidei novit dedita corda, sequor.

(N. Glogoviæ 17. Mart. An. 1561. ϑ. in Patria 30. Decemb. An. 1621. ætat. an. 69. Polius.)

ANDREAS GUNTHERUS, Præpositus Olsnenſ. & Presbyterii Senior.

Güntherus legis divulgans voce rigorem,
Titanas Stygii carceris igne domat.

(N. Monſterbergæ, feſto Bartholomæi, An. 1549. θ. Olsnæ 24. Julii An. 1631. æt. an. 82. Miniſt. 57.)

DAVID GVNTHERVS, Eccleſiæ VValdavienſ. Paſtor, & Presbyterii Lignicenſis Senior.

Me DEUS emeritum divini ſemina verbi
Per Ligii juſſit ſpargere, pura, plagas.

(Nat. Lignicii 8 Mart. An. 1545. ex ore Simonis Grunæi, Andr. Calagius. ϑ. Waldaviæ 11. Sept. An. 1613. æt. an. 68. menſ. 5. d. 23. Off. Schol. 14. Eccleſiaſt. an 33. Epitaph.)

M. JOHANNES GUNTHERUS, Gymnaſ. Ducal. Bregei Rector, & P. P.

Græcaque cum Latiis hic, cumque ſoluta ligatis
Expediens, Sophiæ dulce recludit iter.

(N. Olsnæ 29. Decemb. An. 1577. ϑ. Bregæ die Andreæ An. 1644. ætat. an. 67.)

PHILIPPUS GUNTHER, U. J. D. Ducat. Saganenſ. Syndicus.

Litigioſa fori promovit jura Sagani,
Fulſit & exemplis integra vita bonis.

(Clar. An. 1627.)

FRIEDERICUS GUTTHÆTER in VVirbiz, Reip. Wrat. Senator.

Nomine, reque bonus, Muſarum jure frequento
Aulica tecta, GenI nobilitate mei.

(θ. in Seceſſu ſuo Wirbiz 4. Julii An. 1554. off. an. 5. Polius in MS.)

BONAVENTURA HAAN, ex Canonico EPISCOPUS Wrat. XLI.

Dum Bonaventuram bene venturum esse putabam,
Bresla ait, en durâ pellitur invidiâ.

(N. Glogoviæ Episc. elect. 5. Decemb. An. 1596. Sed minime confirmatus. (al. 5. Maji An. 1599. Polius.) ϑ. Olomucii 29. Junii An. 1602. Epitaph.)

BALTHASAR, Nicol. Frat. HABICHT, Eccl. Cathedral. Wrat. Canonicus, & Collegiatæ S. Crucis Præpositus.

Ut fruerer vita in terris, mihi Numina culta;
Quæ celo vita est, nunc sine labe viret.

(θ. Wratisl. 19. Januar. An. 1596. Epitaph.)

NICOLAUS HABICHT, Eccles Cathedral. VVrat. Canonicus & Decanus.

Accipitres valeant per me splendentis acervi;
Sacrorum Canonum dum ferar accipiter.

(ϑ. Wratisl. ardentiss. febr. 23. (26. Polius.) Febr. An. 1580. Epitaph.)

JOHANNES HAIDORN, Gymnasii Ducalis Goldbergensis Rector & P.

Haidorn Aonidum decus immortale Sororum,
Chrysorei curat docta Lycea soli.

(N. Hirschbergæ 2. Decemb. An. 1584. θ. Goldbergæ 15. Sept. An. 1659. æt. 75.)

MATTHÆUS HAINTZ, Brega-Sil. U.J.D. prius Reip. Olomucens. Syndicus, deinde Illustriss. Pr. Transylvaniæ Consiliarius & Wratislaviæ Practicus.

Tramissus Moravis Turcæ legatus in Aulam,
Famæ promerui mnema, Themista dedit.

(N. Wratisl. 2. April. An. 1631. æt. 51.)

PAV-

PAULUS HALLMANNUS a Strachvviz, Illustriss. Pr. Lignicens. Consiliarius.

Musica, Musa, Themis formarant corpus ad unguem;
Illa manus, caput hæc, pectus at Ista meum.

(N. Fridlandiæ in Ducat. Suidnicens. 11. August. An. 1600. ♃. Wratisl. catarrho suffocativo 11. Januar. An. 1650. ætat. 50. curr.)

DANIEL HAMBERGER, Silesius, Pastor in Inferior. Hausdorff ad Glocium, P. L.

Cum sacris junxi Musas quoque Græco-Latinas;
Quis vates inter mî neget ergo locum?

(N. Leonhardo, Pastore Seiffersdorff. prope Carnoviam, & Eva Liebigia, Parentibus, 8. Nov. An. 1561. Calagius C. E. S. ♃.)

M. JOHANNES HANKE, Ecclesiæ ad D. Barbar. VVratislav. Pastor.

Qui penitus superi demersus in Enthea pastus
Bratesilense sacro pavit ovile cibo.

(N. Leobschützii 20. Januar. An. 1595. ♃. VVratisl. 16. Maji An. 1661. ætat. an. 67. curr. Minister. an. 42.)

VALENTINUS HANCKE, Leobschützio-Sil. Pastor in Seiffersdorff, Astronomus.

Astra notans & ad astra viam JHOVA Auspice monstrans,
Astratus referar tunc, ubi ad Astra vehar.

(♃. Seiffersdorffii, in Pastorat. An. 1618.)

FRANCISCUS HANISCH (al. Frater Raphäel) prius Ord. D. Bernhardi Monachus, deinde Præpositus ad Spir. S. & Pastor ad D. Bernhard. VVratisl.

Galli instar vigilaci oculo sacra dia notavit;
Pars fidei factus, dive Luthere, tuæ.

(Præpositus fact. 1. Nov. An. 1530. Exstruxit sibi domum propriis sumtibus, quæ longe post illius obitum, ad Usus publicos, & ut fer-

ut fertur, An. 1597. ad Scholam Neopolitanam ordinata fuit. ♃. VVratisl. apoplexia 30. April. An. 1553. Minist. 23. Polius in MS.)

M. JOHANNES, Francisc. Fil. HANISCH,
SS. Th. Candidatus.

Quæ dederat Biblis mihi, fila sacrata movebam;
Emovit filis Parca sed illa suis.

(N. Vratisl. θ. Heidelbergæ 26. Julii An. 1564. æt. an. 28. Polius in MS.)

GEORGIUS HANISIUS, Poeta Lyricus, Scholæ
Hirschbergens. Rector.

Mollis Iambæo versu chelys aurea HanisI
Mollia fata dabit, mellea vota vovens.

(Clar. An. 1600.)

ADAMUS ab HANIWALD, in Eckersdorff, Rot-Sirben & Pilsniz, DD. Rudolph. II. Rom. Imp. Matthiæ II. Regis Hungar. Maximil. Archi-Ducis Austr. Caroli, Pr. Olsnens. Caroli, Episcopi VVratisl. ut & Camer. Imperial. Sil.
Consiliarius.

Induperatorum, Regumque Ducumque favista
Auctus, en! inde sui nominis auxit epos.

(N. Simone & Eva VVolffia, Parentibus, 3. Nov. An. 1576. Calagius. ♃. 18. Julii An. 1621. æt. an. 53. septim. 36. d. 6. Zach. Herman. in Conc. fun. Pol. in MS.)

SIMON ab HANIWALD, in Eckersdorff & Pilsniz.
S. C. Mtis. & Illustriss. P. Prr. & Stat. Utriusque Sil.
Consiliarius.

Non nobis solum, Patriæ quoque nanscimur oræ;
Consiliis illos juvit, eamque suis.

(θ. Pilsnicii 4. Novemb. An. 1599. æt. an. 70. Polius in MS.)

ABRAHAMUS HANTKO, U. J. D. & in Patria
Practicus.

Justitiam colui, pietati intentus & æquo;
Hinc mihi Fama solo; vita beata polo.
(N. VVratisl. An. 1561. θ. ibid. 15. Sept. An. 1616. ætat. an. 55. Pol. in MS.)

JOSEPHUS HARTENBERG, Cognomento Lachnizke, Illustriss. Pr. Olsnensis Consiliarius & Cancellarius.

Cognitio veri, cata mens & conscia recti
Promeruere mihi Consiliantis epos.
(θ. Olsnæ 26. Sept. An. 1572.)

M. JOHANNES HARTMANNUS, prius Schol. Patriæ; deinde Budissinæ Rector.

Delitiosa mihi cum Musis vivere vita est;
Pulvere non moveor, dum mihi partus honor.
(N. Suidnicii 29. August. An. 1588. C. E. S. Draud. θ. Non sine veneni suspicione, mens. Majo An. 1630. ætat. an. 42. N. Henelius.)

SEBASTIANUS HARTMANNUS, a Kunigsheim, Ecclesiæ Cathedralis VVratislaviens. Canonicus.

Nosse facultates, nosse artes, nosseque linguas,
Difficile esto aliis! est facile hocce mihi.
(N. 17. Januar. An. 1561. θ. VVratisl. An. 1621. æt. an. 60.)

JACOBUS HASELBERG, Reipubl. VVratislaviens. a Secretis.

Suada gubernabat linguam, Charitesque sedebant
Ore, Themis calamo; sic bene cessit opus.
(θ. Wratisl. 9. August. An. 1463. æt. an. 48. Polius in MS.)

JOHANNES de HASSIA, Med. D. Ecclesiarum Wratisl. & Lignicens. Canonicus & Decanus, pauperum Physicus.

Pauperi eram Medicus, sacris licet additus aris;
Sic templo Lucas præfuit ipse suo.

(θ. Wart-

(♃. VVratisl. 24. August. An. 1434. Sepult. in Templo Parochial. ad D. Mar. Magdalen. Polius in MS.)

MELCHIOR ab HATZFELD, Comes in Gleichen, Dn. in Trachenberg, Consiliarius Cæsareus, ejusdemque militiæ Præfectus & Gubernator Generalis.

Vixit Marte ferox, & vinci nescius armis;
Vixit & Elysiæ flammea Fama plagæ.

(N. in Arce paterna Crotdorff. 20. Nov. An. 1593. Ex Conjuge sua suscepit Filium & Filiam. Trachenbergensem tractum a S. C. Maj. jure hæreditario accepit & transtulit in Filium, dote tamen Filiæ salva & assignata. ♃. in villa sua Pavvizke haut procul Trachenberga 9. Januar. An. 1658. ætat. an. 64. d. 5. Epitaph.)

BARTHOLOMÆUS HAUGWITZ, Eccles. Parochial. Bregens. Pastor.

Divino flexi, duce JAH, fera pectora zelo,
Ad CHRISTUM referens membra dicata Caput.

(♃. Bregæ 19. Octobr. An. 1586. Minist. an. 26. Polius.)

NICOLAUS HAUGWITZ, in Kranst. Eccles. Cathedral. VVrat. Canonicus.

Slesiacos inter proceres venerabilis olim
Haugvviciam renovat strenuitate Domum.

(Sub Corvino, Reg. Hungar. contra Turcam pugnavit prius alacriter, postea Evangelicus factus. ♃. VVratisl. 18. Febr. An. 1511. Epitaph.)

ABRAHAMUS, Hieron. Fil. HAUNOLDUS, Phil. & Med. D. Sereniss. Marchion. Brandeburg. & Pr. Jägerndorff. Archiater.

Arcanas Haunoldus opes quæsivit Hygejæ;
His uti ut cepit vix, necis ense ruit.

(N. VVratisl. An. 1576. θ. Jägerndorppii 11. Junii An. 1611. æt. an. 44. Pol. in MS.)

ACHATIUS HAUNOLDUS, Eques Silef. Consiliarius Cæsareus, & Ducatus VVratislavienf. Præfectus.

Nobilitas prudens me Cæsaris intulit Aulæ,
Et Breslæ fecit Suada serena caput.

(θ. VVratisl. 14. Sept. An. 1531. ætat. an. 70. off. 20. Polius in MS. Al. ϑ. 6. Januar. An. 1532. S. Suevus.)

GREGORIVS, Nicolai, Consil. Cæs. & Abrahami, Med. D. Frater, HAUNOLDUS, S. P. Q. Vrat. Præfectus bellicus.

Hic Marti compar validis conjunctus Iberis,
Cum trucibus gessit bella cruenta Getis.

(N. Leobergæ, Hieronymo Med. D. & Magdalena Jenckvvitia, Parentibus, 10. Martii An. 1558. Calagius e manu Patris. θ. VVratisl. 8. Januar. h. 10. vesp. An. 1626. ætat. an. 68. N. Polius.)

HIERONYMVS, Nicolai, Consil. Cæs. Gregorii S. P. Q. VV. Præfecti bellici, & Abrahami, Ph. & Med. D. Pater, HAUNOLDUS, Phil. & Med. D. Illustriss. Pr. Lignicens. Consiliarius.

Ingenium, Gentemque meam claravit Hygeja;
Hinc Fama & Domui gloria tanta mea est.

(N. Lignicii 29. Sept. An. 1518. Calagius. θ.)

JOHANNES HAVNOLDVS, Reip. Patriæ Senator & Camerarius.

Commoda nosse dedit Patriæ mihi dia Pronoea;
Hæc bene quo tuear, Cura ea sola mea est.

(N. VVratisl. Petro & Martha von Holtz/Parentibus, 20. Febr. A. 1557. Calagius. ϑ. Ibid. 31. Decemb. An. 1618. hor. 11. noctis, æt. an. 61. off. 22. Polius in MS.)

JOHAN-

JOHANNES HAUNOLDUS, Ducatus VVratislaviens. Capitaneus.

Est genere & genio caput Haunold nobile Breslæ;
Providus ut patrii dirigat acta soli.

(Elect. An. 1476. θ. VVratisl. 21. Mart. An. 1506. off. an. 30. Polius in MS.)

JOHANNES HAUNOLD in Sachervviz, Consiliarius Cæs. & Reip. Patr. Senator.

Pectore constanti mihi mens fovisse penates
Augustumque Jovem percoluisse fuit.

(N. VVratisl. 10. Maji An. 1591. θ. ibid. 6. Junii h. 10. noctis, An. 1655. ætat. an. 64.)

NICOLAUS HAUNOLDUS, Consiliarius Cæs. & Cameræ Viennens. Secretarius.

Consiliator ovas & Secretarius Aulæ
Cæsaris; o Clarii Phœbe, paterque, chori.

(N. Lignicii, Hieronymo, Phil. & Med. D. & Magdalena Jenckvvicia, Parentibus, 10. April. An. 1556. Calagius. θ. Viennæ Austr. apoplexia 9. Maji hor. 12. noctis An. 1612. ætat. an. 56. Polius in MS.)

PETRUS, Johannis, Senator. Frat. HAUNOLDUS, Vir undiquaque literatissimus.

Ut prodesse queam, nullique nocere, laboro;
Doctrinæ summa est hæc manifesta meæ.

(N. VVratisl. 21. Mart. An. 1577. Calagius. θ. ibid. peste 29. Octob. An. 1613. æt. an. 36.)

M. AUGUSTINUS HEDEMAN. Ecclesiæ Francosteiniensis Pastor.

Biblidos ex adytis propino Nectar egenis;
Suavius anne isto rore quid esse putas?

(θ. Francosteinii 3. Junii An. 1518. Epitaph.)

JOHANNES HEDERICUS, SS. Th. D. prius Acad. Juliæ, deinde Francofurtenſ. cis Viadrum P. P.

Ex hederis, Hederice, tibi quis nomina finxit?
An quod Apollo hederis carmina digna facis?

(*N.* Leobergæ 21. April. an. 1542. Calagius. C. E. S. Draud. *θ.* Francofurt. menſ. April. an. 1617. ætat. an. 75.)

CHRISTOPHOR. HEDWIGER, in Kaiſersvvalda &c. prius Illuſtriſſ. PPrr. Ligio-Bregenſ. Ephorus, deinde Conſiliarius.

Principibus quondam fuerat qui fidus Achates,
Conſiliis junctus rexit agenda ſuis.

(*θ.* Lignicii 29. Septemb. an. 1623. ætat. an. 62. Epitaph.)

JOHANNES HEERMANNUS, P. L. Eccleſiæ Cœbenenſis Paſtor.

Heermanni priſcis ſunt æmula metra Poetis,
Et ſpirant Flatum cætera ſcripta Dei.

(*N.* Rutenæ, Johanne & Anna Crameria, Parentibus, 11. Octob. an. 1585. Calagius. C. E. S. plur. *θ.* Leſnæ Polon. 17. Febr. an. 1647. ætat. an. 61. Menſ. 4. d. 6.)

ESAIAS, Eſaiæ, Th. D. Pater, HEIDENREICH, SS. Th. D. prius Eccleſiarum VVartenberg. & Suidnicenſis, deinde Eliſabetanæ Vratislavienſis Paſtor.

Ex hederis, Hederice, puto te nomen adeptum;
Perpete poſt operas nempe virore nites.

(*N.* Leobergæ 10. April. An. 1533. Bucholc. (an. 1534. Calagius.) C. E. S. plurim. Geſner. Draud. *θ.* Vratisl. 26. April. an. 1589. ætat. an. 57. Miniſterii hic & ibi an. 39. Polius.)

ESAIAS, Eſaiæ Fil. HEIDENREICH, SS. Th. D. Eccleſ. Leobergenſ. Patriæ Paſtor.

Nil tibi par Superi, tibi nil fudere ſecundum,
Theulogien teſtor, teſtor & Euſebien.

(Clar.

(Clar. Ed. Scr. Draud. θ. Leobergæ 26. Mart. An. 1621. ætat. an.64. Docuit Wartenbergæ, Trachenbergæ & Grunebergæ. Ministerii hic & ibi an. 45. Polius in MS.)

JOHANNES, Esaiæ Th. D. & Elisab. Wrat. Pastoris Frater, HEIDENREICH, SS.Th.D. prius Rector in illustri Bregeo, Pastor Iglaviæ, Ecclesf. Brunsuigensf. Superintendens, deinde in Acad. Julia P.P. denique Francofurt. Acad. P.P. & Ecclesf. ibid. Pastor.

Te duce frondescit Sophie cultissima, & in Te
Relligio rorem gaudet habere suum.

(N. Leobergæ 21. April. An. 1542. ex Origano Calagius. Clar. E.S. Draud. θ. Francofurt. 6. April. an. 1617. ætat. an. 75. Polius.)

LAURENTIUS D.D. Esaiæ & Joh. Pater, HEIDENREICH, prius Ecclesf. Patriæ, deinde Zittaviensis Pastor & Senior.

Mitius Astra tibi, riserunt vesper & ortus;
Donarunt Pylii lustra beata Senis.

(N. Leobergæ. ♃. Zittaviæ 1. April. An. 1520. ætat. an. 85. Minist. 45. Pol. in MS.)

BONAVENTURA HEIDERUS, ad Spir. Sanct. Vratislav. Diaconus.

Quæ Bonaventuræ sunt edita Dogmata ab ore,
Codicis e Sacri fontibus hausta beant.

(♃. Vratisl. apoplexia 23. April. an. 1575. cum Conjuge simul in unum sepulchrum conditus. Polius.)

ERASMUS HEILAND, Reip. Vratislaviensf. Patriæ Senator.

Qui Patriæ Themica bene consulis arte saluti,
Jure valent merito nominis orsa tui.

(θ. in Patria 2. Junii an. 1541. off. 2. Polius in MS.)

MARTINUS, Erasmi Fil. HEILAND, Patritius Vratislaviensis.

Per duo lustra locos visit sub sole calentes;
Dum Patriam repetit, mortis inivit iter.

(θ. Tor-

(θ. Torgæ 1. April. intr. hor. 7. & 8. matut. an. 1569. in ipso juventutis flore. Polius.)

M. THOMAS HEINISIUS, Reipubl. Boleslaviensis Consul.

Cura Boleslæi sollers fuit iste senatus,
Atque Tribunalis primus & imus honor.

(θ. Boleslaviæ 15. Sept. an. 1605. Helvvig.)

ABRAHAMUS HEINITZ, U. J. D. Consiliarius Brandeburgicus.

Gratiam & Astræam, Musas, pulchramque figuram
Una, vis dicam voce? Abrahamus erat.

(N. Novofori 6. Maji an. 1568. θ. Regiomont. 16. Sept. an. 1602. ætat. an. 34.)

CHRISTIANUS HEINITZ, Med. D. & Reipubl. Suidnicens. Physicus.

Ampla tibi Praxis, labor amplus & amplus Honos est;
Sic æger grato pectore multus ait.

(N. Novofori 8. Octob. an. 1573. θ. Suidnicii 25. Sept. an. 1633. æt. an. 60. current.)

M. JOHANNES HEINITZ, Dresda-Saxo, prius Eccles. Novoforensis, deinde Suidnicensis Pastor.

Simplicitatis amans purumque piumque professus,
Doctrina vitam consimilem hic habuit.

(θ. Suidnicii 28. April. an. 1598. ætat. an. 67. Ministerii hic & ibi. an. 39. N. Polius in MS.)

JOHANNES HEINITZ, in Sapraschin, Illustr. Pr. Olsnensi a Secretis.

Te clarum, charumque Duci tua munera reddunt,
Cujus dia Charis occupat articulos.

(N. Francosteinii 24. Junii an. 1594. θ. Olsnæ 3. Octob. an. 1640. æt. an. 46.)

M. SA-

M. SAMUEL HEINITZ, prius Ecclef. Francofteinienfis Paftor, deinde Ducatus Olsnenfis Superintendens.

Dogmate falvifico mihi credita turba cibatur;
Ut bene conducat dic, bone Chrifte, bene.

(N. Novofori M Johanne, Paft. Novofor. & Urfula, M. Johan. Gigantis Filia, Parentibus, 16. April. hor. 4. matut. an. 1564. Calagius. C. E. S. Draudius. θ. Olsnæ 16. Mart. hor. 6. matut. an. 1636. ætat. an. 72. Minifter. 44. Conc. fun.)

M. GREGORIUS HEINTZE, Ord. S. Dominici Theologus.

Theulogiæ Sophiam cur non mihi jungere fas fit?
Ancillatur heræ nonne miniftra fuæ?

(N. Vratisl. Flor. an. 1460. C. E. S. plur. Draud. Vixit adhuc an. 1478.)

JOHANNES HEINTZIUS, Med. D. Phyficus & Senator in Valle Joachimica, in Epigr. Tileni vocatur Vratislav. Medicus.

Caroliæ Thermæ, fimul & Joachimica Vallis
Me Medico, Fama nunc potiore cluunt.

(N. Vratisl. An. 1559. θ. in Valle Joachimica 15. Febr. an. 1604. æt. an. 45. Polius in MS.)

DAVID HEINTSCHELIUS, U. J. D.

In Patriæ qui natus erat, ridente Minerva,
Commoda, proh! fcæva tollitur ille manu.

(N. Boleslaviæ. θ. Pragæ, a ficario nefarie transfoffus 1. Aprilis an. 1612. Helvvigius.)

GEORGIUS HELMERICUS, prius Schol. Patr. Rector, deinde Reip. Conful.

Dogmata, quæ vegetæ Trocedorffius ante papyro
Credidit, hæc Scholiis aucta videto meis.

(N. Goldbergæ, e Patritio Genere, An. 1500. menfe Augufto. C. E. S. Draud. θ. in Patria 28. Sept. an. 1536. ætat. an. 36. ex Epitaphio Polius.)

M. GEORGIUS, Georg. Fil. HELMRICUS, Gymnaſ. Patr. Goldbergenſ. Pro-Rector.

Eſt ſchola, quam tractas, tibi Equus Trojane Magiſter;
Hinc, velut ex illo, ſurget honora manus.

(θ. in Patria 18. Sept. an. 1580. Epitaph.)

JOHANNES, Georgii Senioris Filius, HELMRICUS, Reip. Patriæ Goldbergenſis Conſul.

Si me non ſcriptis, ſed mentis acumine clarum
Fama ait; at clarum me facit illa tamen.

(θ. in Patria An. 1603. ætatis anno ſeptuageſimo. Epitaph.)

M. MARTINUS HELWIGIUS, Gymnaſ. Mar. Magdal. Vrat. Rector, Mathematicus.

Perpete cum Muſis me clarat laude Minerva;
Clarat & Elyſii mappa polita Poli.

(N. Niſſæ 5. Nov. An. 1516. Calagius. C. E. S. Draudius. θ. Vratisl. 26. Jan. an. 1574. ætat. an. 58. current. off. 22. Succeſſit ei Nic. Steinberg. Polius.)

MARTINUS HELWIGIUS, Junior, Gymnaſ. Mar. Magdal. Patrii Profeſſor, Aſtronomus.

Dum ſchola me ſparta repetitque datatque quieti,
Aſtra notans juvenis, nunc quoque verſo ſenex.

(N. Vratisl. Patre Martino, & Matre Magdalena Coleria, 5. April. An. 1549. Calagius. C. E. S. Draudius. θ. in Patria apoplexiâ 7. Jan. an. 1618. ætat. an. 69. off. 32. Polius in MS.)

JONAS HEMPELIUS, Scholæ Falcobergenſis Rector, Medicus & Poeta.

Aſtra Phyſisque meum ſtudium, Meditrinaque dia;
His condimentum Delia ſubdo mele.

(N. Falcoberg. θ. menſ. Februar. an. 1618. C. E. S. de invidioſis Sophiſtarum Simulationibus & Elencho 1592.)

SEBASTIANUS HEMPELIUS, JCtus, Regis Sueciæ Consiliarius, & Archidicasterii Stetinensis Director.

Plurima commendant Sedinos; inter & ille,
Hempeli, nomen nobile, magne, tuum est.

(N. Guræ 20. Novemb. an. 1593. θ. Stetini 23. Junii an. 1650. ætat. an. 57.)

JOHANNES HENCEJUS, al. HEINTZE, de Blanckenburg, Crucigerorum cum rubea Stella per Polon. & Sil. Vratislaviæ ad D. Matthiæ Magister.

Marchia me Sophiæ viridi decoravit abolla;
Adjecit Rubeam Mysticus Ordo Crucem.

(N. Bernoviæ March. Paulo, Consule, & Anna Blanckenburgia, Parentibus, 24. Junii an. 1559. Calagius. θ. Vratisl. 29. Junii an. 1609. ætat. an. 50. d. 5. Successit ei Elias Bachstein. Pol. in MS.)

JOHANNES HENCKEL, Leutschoviensis, U. J. D. Ecclesiæ Cathedralis Vratislaviensis Canonicus.

Eunomia condire meos persæpe labores
Sum solitus; Mysta hinc dicor & Æquidicus.

(θ. Vratisl. 5. Nov. an. 1539. Epitapa.)

PETRUS HENCKELIUS, Ecclesiæ Stroppens. in Ducat. Olsnens. Pastor.

Me quoque delectat melicarum vena Dearum;
Si non illicitam rem, puto, Mysta facit.

(N. I. Dominica Advent. sub vesp. an. 1555. θ. Stroppæ mens. April. an. 1623. ætat. an. 68.)

MICHAEL HENE, prius Lubenensis, deinde Lignicensis Reip. Notarius, & Judicii ibid. Provincialis Adsessor.

Contribuit Genio Henei sua munera Pallas;
Et sua contribuit munera dia Themis.

(N. Wratisl. mens. Sept. an. 1583. θ. Lignicii 22. Octob. an. 1651. hor. 8. vesp. ætat. an. 68. off. 23.)

NICOLAUS HENELIUS ab Hennenfeld, U. J. D. Consiliarius Cæsareus, ut & Illustriss. PPrr. Ligio-Bregensium, Com. Palat. Ducat. Monsterberg. Pro-Cancellarius, & Reipubl. Vratislaviens. Syndicus.

Elysiæ Elysius cano fataque factaque Gentis;
Tutor Adrasteæ nonne fidelis ero?

(*N.* Neostadii Sil. in Ducatu Oppoliens. 11. Januar. An. 1582. C. E. Scriptis partim, partim edendis. θ. Vrat. 23. Julii An. 1656. æt. an. 74. mens. 6. d. 13. off. 17.)

M. STEPHANUS HENELIUS, Oppavia-Sil. Ecclesiarum Freistadiens. Neostadiens. Rüdegerianæ & Ditmarianæ Pastor.

Doctrina in natis sat erat me vivere & arte,
Sed simul officii me quoque claret honor.

(♎. 25. Decemb. An. 1602. ætat. an. 56. circiter. Minist. 30. Henelius.)

STEPHANUS HENELIUS, Ecclesiæ Pampizens. in Ducat. Bregens. Pastor.

Vera docens, pacemque colens, virtute Jehovæ,
Officii feci munia jussa mei.

(*N.* Neostadii 12. Octob. An. 1578. C. E. S. ♎. Bregæ 1. Julii An. 1648. ætat. an. 70.)

JOHANNES HENNEMAN, cognomento Reyssing, Phil. & Med. D. D. Rudolphi II. Rom. Imp. Archiater.

Sit tua Pergameo, Paracelso sit tua cura;
Nullius æstimio niti, ea cura mea est.

(*N.* Wratisl. Sebastiano & Anna, Joh. Hungeri Senator. Filia, Parentibus, 11. Junii An. 1555. Calagius C. E. S. Draud. θ. in Patria 29. August. st. n. An. 1614. ætat. an. 59. m. 2. d. 4. Polius.)

SEBASTIANUS HENNEMAN, cognomento Reyssing, Reipubl. Vratislaviensis Senator.

Curia

Curia me penitus Museo melle madentem
Plorat, & Aonii tota corona chori.

(θ. VVratislav. 15. Octobr. An. 1549. S. Suevus. Nicol. Polius in MS.)

NICOLAUS ab HENRICHAW, Eq. Siles. Eccles. Cathedral. Vrat. Canonicus, Illustr. Pr. Henrici I. Barbati Consiliarius, Monasterii Ducalis Henrichoviensis Fundator.

Cœnobium propriis exstruxit sumtibus Henrich;
Principis & voluit nomen habere sui.

(Clar. An. 1222. ex Mechovio, lib. 3. cap. 32. El. Reusner. Nicol. Polius ad d. 28. mens. Maji. Calagius refert ad d. 13. Mart. Vid. Abrah. Saur.)

HENRICUS I. de Wirbna, Episcopus Wratislaviensis XXIV.

Principibus Tutor Breslensibus ære gravatus,
Quod deglutivi, pauper inopsque obii.
vel:
Hinc quia magnificus munificusque fui.

(Elect. 2. Februar. An. 1302. ♎. febri quartana 23. Septembr. An. 1319. Publicis sumptibus sepultus Ex Curæo Nic. Polius.)

JOHANNES HENRICUS, Eccles. Friburgens. & Adjunctarum Pastor.

Lusi Anagrammatibus suavique Poemate quondam;
Nunc meus in Biblico Codice lusus erit.

(N. Suidnicii. Flor. An. 1600. & Clar. ed. Scr.)

LAURENTIUS HENRICUS, Reipubl. Lignicens. Patriæ Scabinus.

Tu quoque digna Cedro LaurentI carmina fingis,
Et Famæ statuis nomina longa tuæ.

(θ. Lignicii, lenta tabe consumtus, 16. Mart. An. 1611. ætat. an. 60. Grunæus.)

MARTINUS HENRICUS, Sagano-Silesi. SS. Th. D. & in Acad. Wittebergens. P.P.

Slesia natales tribuit mihi; Leucoris Artes;
Hanc redocens, recolens illam, agonê æquivalens?

(N. Sagani. Clar. ed. Script. Draud. θ. Wittebergæ catarrho suffocativo 18. Oct. S. V. An. 1584. cum ab anno climacterico octavo haut procul abesset. Henel. Pol. Bucholc.)

CHRISTOPHOR. HENSCHERUS, U. J. D. prius Reip. Francofurt. cis Viadr. Secretarius, deinde Consiliarius Cæsareus, Reip. Vratisl. Syndicus, ejusdemque Ducat. Pro-Cancellarius.

Suada Tychen, Technen tribuit tibi Diva Themista;
Utraque excellis; Nomen utraque meres.

(N. Monsterbergæ 7. Decemb. An. 1568. Polius. Al. 19. Dec. An. 1569. Calagius. Sub præsidio D. Martin. Benckendorffii in U. J. Doctorem promovit Francofurt. cis Viadr. 30. Januar. an. 1608. Clar. ed. Scr. Draud. θ. Vratisl. 9. Oct. an. 1620. æt. an. 52. current. Polius in MS.)

M. ADAMUS HENTSCHELIUS, prius in Gymnas. Goldbergens. Græc. Ling. & Poes. P. P. deinde Ecclesiæ Javoriens. Pastor.

Gloria montosi fuerat spectata Lycei;
Jaura probat fidam, mox reprobatque, fidem.

(N. Haynæ 10. Mart. Dominica Reminiscere, An. 1566. θ. Lignicii in exilio 18. Septemb. an. 1629. ætat. an. 64. Minist. 37. Conjugii an. 33. Oratio funebr. Nicol. Polius in MS.)

MARTINUS HENTSCHELIUS, P. L. & Schol. Patriæ Rector.

Can-

Candida Musa, fides tibi candida, candida mens est;
Cum viridi lauru nomen erit viride.

(N. Guræ. ♃. in Patria 23. Aug. An. 1626. æt. an. 65. septim. 27.)

JOHANNES HENTZNERUS, Namslavia-Sil. prius Ecclesiarum Crosnensis, Milicensis & Berolstadiensis, denique Ducalis Sternbergensis in Moravia Concionator Aulicus & Superintendens.

Te Doctore sacros hausit de fonte liquores
Gens Morava, atque suam sedat abinde sitim.

(Docuit & Crosnæ, Milicii, & Berolstadii. id. Polius l. d. θ. Sternbergæ 19. Febr. An. 1579. ætat. an. 51. Minister. 20. Polius in MS.)

PAULUS HENTZNERUS, JC. Illustriss. Pr. Olsnensis Consiliarius.

Quos visit populos, quos mores vidit & urbes
Hentznerus, proprio tradidit ipse libro.

(N. Crosnæ 29. Januar. An. 1558. Clar. ed. Itinerario An. 1612. θ. Olsnæ 1. Januar. An. 1623. ætat. an. 64. septiman. 48. d. 3. Off. 22. Nicol. Polius in MS.)

VALERIUS HERBERGERUS, Ecclesiæ Fraustadiensis Pastor.

Quæ vegeto promis Magnalia dia cerebro,
Nestora te pote sunt dicere Teutonicum.

(N. 7. Aprilis An. 1562. Clar. ed. Scr. plur. Draudius. θ. Fraustadii 18. Maji An. 1627. hor. 12. noctis, æt. 65. Daumius.)

M. ZACHARIAS, Valerii Fil. HERBERGERUS, Ecclesiæ Patriæ Pastor.

Non minor in sacrum me concitat ardor ovile;
Hinc patris adjunctus munia dia gero.

(N. Fraustadii 28. Octobr. hor. 9. mat. An. 1591. ♃. ibid. 15. Mart. h. 6. mat.

h. 6. mat. An. 1631. æt. an. 40. Diaconat. 12. Paſtorat. an. 4. Conc. fun.)

CASPARUS, Caſpari Fil. HERMANNUS, Eccleſiaſtes Marianus Suidnicii.

Hermanne exemplar privæ laudabile vitæ
Diceris, exponens myſtica ſenſa gregi.

(N. 24. Mart. An. 1586. Edidit juvenilia Poëtica Lignic. An. 1613. θ. Suidnicii peſte, An. 1636. æt. 47.)

M. DANIEL, D. Zachariæ Fil. HERMANNUS, ad D. Eliſabeth. in Patria Pro-Paſtor, & in Gymn. ibid. Sacrar. Literar. P. P.

Patris, avi, patrui veſtigia rite ſecutus,
Patris, avi, patrui jure capeſſit epos.

(N. Wratisl. 5. Novembr. An. 1590. Clar. ed. Scr. ϑ. in Patria, ex adfectibus renum, 17. Auguſt. An. 1636. æt. an. 46. Miniſterii an. 21)

DANIEL, Danielis Filius, HERMANNUS, U. J. D. Conſiſtorialis & Aulici in Holſatiæ Ducatu Judiciorum Advocatus, & Practicus florentiſſ.

Nobilitatis avos virtute, fideque referre
Mens erat; at decus id Parca tyranna negat.

(N. Wratisl. menſ. Februar. An. 1619. θ. Haffniæ, Wisſtriæ ſepult. in itinere verſus Gryphenhagam, 26. Aprilis 23. Maji An. 1662. ætat. an 44. Programma.)

ESAIAS, D. Zachariæ Frater HERMANNUS, Eccleſ. Patr. Eliſabethanæ Senior & Archi-Diaconus.

Cura miniſterii ſacra me ſibi mancipat omnem;
Hanc bene ſi curem, cætera curo nihil.

(N. VVratisl. 16. April. An. 1558. θ. ibid. 12. Octobr. An. 1613. æt. an. 63. Miniſt. 28. Polius.

JOHANNES HERMANNUS, Senior, Med. D. prius Acad. VVittebergenſ. P. P. & Sereniſſ. Elector. Sax. Archiater; deinde Illuſtriſſ. PPrr. Ligio-Bregenſ. & Monſterb. Medicus, & Poliater VVratislav.

Leu-

Leucoriden docui; Breslam medicamine juvi;
Difficilis nulli; gratus ubique bonis.

(N. Nerlingæ Rhæt. 6. Octob. An. 1527. ex Bucholcero, El. Reusner. Uxorem duxit Lucæ Cranachii, Pictoris VViteberg. Filiam. Clar. ed. Script. Melch. Adamus, in vita Fendii. θ. VVratisl. 7. Maji An. 1605. ætat. an. 78. curr. Polius.)

JOHANNES, D. Johannis, Senior. Fil. HERMANNUS, Med. D. & Physicus Strelensis.

Siste Charon cymbam, novus en tibi sistitur Hermes;
Philtra parat morbis, sabbata morta tibi.

(N. VVitebergæ, Dominica Invocavit, An. 1567. θ. Strelæ 3. Dec. An. 1616. æt. an. 60. curr. Polius in MS.)

JOHANNES HERMANNUS, Decretorum D. Eccles. Cathedral. VVratisl. Custos & Canonicus.

Et canonum mystas inter tu dicere Custos,
Atque Cathedralis splenda stella chori.

(N. Lignic. θ. VVratisl. feria VI. ante Dominicam Palmarum, An. 1305. Epitaph.)

JOHANNES HERMANNUS, Illustriss. Pr. Lignicensi a Secretis.

Hermannus clariis juvenis se dedidit arvis,
Morta quid insultas? Principis acta tenet.

(N. Olsnæ. θ. Lignicii 8. Julii An. 1618. æt. an. 36. m. 6. d. 19. off. 12. Epitaph.)

LUCAS HERMANNUS, U. J. D.

Quid justo & juri? quid justi & juris amanti?
Ut mihi, sic illis imminet atra dies.

(θ. Suidnicii An. 1623.)

MICHAEL, D. Zachariæ Pater, HERMANNUS, prius Schol. Ducal. Lignicens. Pro-Rector; deinde Eccles. Mar. Magd. Wrat. Sen. & Diaconus.

Quæ collata mihi, Spartam feliciter auxi;
Natorum in natis hinc mihi vita manet.

(N. Sagani menſ. Octob. An. 1523. Clar. ed. Scr. An. 1569. Draud. θ. Wratisl. 6. Nov. An. 1593. æt. an. 70. Miniſt. hic & ibi an. 43. Polius.)

MICHAEL HERMANNUS, prius Scholæ Ducal. Lignicenſ. Pro-Rector, deinde Eccleſ. Nicolſtadienſis Paſtor.

Tu quoque victuram ſtatuis tibi carmine Famam;
Vivum Fama absque eſt nempe cadaver homo.

(N. Sagani 13. Sept. An. 1565. Calagius. Clar. ed. Poemat. ϑ. Nicolſtadii 18. Nov. An. 1621. æt. an. 56. Miniſterii an. 18. Caſp. Keſelerus.)

M. MICHAEL, D. Zachariæ, Senioris Filius, HERMANNUS, prius Eccleſ. Patriæ Mar. Magdaleneæ; deinde Eliſabetanæ Paſtor, & Reliquarum Inſpector.

Zachariæ Michaël deceſſit imago parentis!
Ceſſit in aure melos! ceſſit in ore decus.

(*N.* Wratisl. 24. Januar. An. 1593. Clar. ed. Scr. ϑ. in Patria 13. Januar. hor. 10. a. m. An. 1669. æt. an. 76. curr. Miniſt. an. 51.)

ZACHARIAS HERMANNUS, Senior, SS. Th. D. Eccleſ. Patriæ Eliſabetan. Paſtor, & reliquarum Inſpector.

Re plenus, ſenſu planus, ſermone ſerenus,
Quod patriæ videor, gratia, CHRISTE, tua eſt.

(*N.* Wrat. Michaele, Archi-Diacono & Sen. Magdalenæo, & Hedvvige Namsleria, Parentibus, 14. Febr. S. V. An. 1563. Calag. Promovit in Doctorem Th. ſub Præſidio D. Pelargi, Francofurt. cis Viadr. 9. Jun. 1611. Clar. ed. Scr. Draud. ϑ. in Patria 21. Maji An. 1638. æt. an. 75. Miniſt. 50.)

ZACHA-

ZACHARIAS, Zachariæ Senioris Filius, HERMANNUS, U. J. D. Illustriss. Pr. Olsnensis Consiliarius & Cancellarius.

Olsnensis fueram qui Cancellarius Aulæ;
En cubo! Pierii virque caputque gregis.

(Zach. M. Dan. Sen. Fil. Hermannus. *Vid. Millen. VIII.* N. Wrat. 4. August. An. 1601. Promovit in Doctorem U. J. Argentinæ, An. 1627. ♃. in Patria 6. August. An. 1645. æt. an. 44. d. 2.)

ELIAS HERTELIUS, in Minori Schotkavv, Cameræ Imperialis Wratisl. Consiliarius, & Vectigal. Quæstor.

Augeo Cæsareos reditus, auctosque reservo,
Consiliisque levo grandia damna meis.

(♃. Wratisl. 8. Febr. An. 1621. æt. an. 82. off. 40.)

ANDREAS ab HERTWIG, in Wonevviz, U. J. D. Consiliarius Cæsareus, ac per utramque Sil. Fisci Patronus.

Consiliis summi me dia Themista Monarchæ
In Famæ junxit nomina longa meæ.

(N. Wratisl. 14. Mart. An. 1513. ♃. ibid. 9. Febr. An. 1575. ætat. an. 63. curr. Polius in MS.)

DANIEL HERTWIG, Reipubl. Patriæ Consul & Illustriss. Pr. Lignicens. Consiliarius.

Vah! desiderium Daniel prægrande reliquit,
Quem penes hærebat publica summa rei.

(N. Lignicii 7. August. An. 1596. ♃. ibid. apoplexia 31. Decemb. hor. 4. vesp. Or. funebr. An. 1654. æt. an. 5?. septim. 2?. off. 19. Epitaph.)

TILEMANNUS HERTWIG, U. J. D. DD. Impp. Ferdinandi & Maximil. II. Consiliarius, Reipubl. Patriæ Syndicus.

Me Breslæa ſuis præfecit curia curis,
Et Themiden juſſit dicere juſta meam.

(N. Wratisl. 27. Novemb. An. 1512. ♃. ibid. 2. Mart. An. 1571. æt. an. 59. S. Suevus. Polius in MS.)

BALTHASAR HESLERUS, Lignicio-Sileſ. Med. D. & Poliater VVratislavienſ.

A Coo mihi dux magnus fuit usque Galenus;
Ante omnes unum hunc, noris ut omne, lege.

(Goldbergæ Trocedorffium: Witebergæ Lutherum & Philippum audivit: Lipſiæ Medicinæ ſtudiit: Bononiæ promovit in D. Medicinæ: Zittaviæ, Budiſſinæ & Annæbergæ Medicinam exercuit. θ. VVratisl. 26. Mart. An. 1567. æt. an. 59. Polius in MS.)

CASPARUS HESLERUS, Reipubl. VVratislavienſ. Senator.

A teneris ſuetus, ſeris edoctus ab Annis,
Promovi ſtudium, Brateſilea, tuum.

(θ. VVratisl. 30. Decemb. An. 1577. æt. an. 76. off. 21. Pol. in MS.)

DANIEL HESLERUS, a VValdavv in VVangern & Polckvviz, Reip. VVratisl. Senator, & Diœceſ. Namslav. Præfectus.

Me genus & virtus, me plebs & curia laudant,
Meque ſuum recolit, Namsla polita, caput.

(θ. VVratisl. 25. Sept. An. 1620. æt. an. 67. off. 33. Pol. in MS.)

BARTHOLOMÆUS HESS, S. P. Q. VV. Muſicus Inſtrumentalis Ordinarius.

Cornua cum fidibus, mihi laus, moviſſe canoris;
Suavia, laus major, compoſuiſſe mele.

(N. Betæ, in Stiria, 18. Auguſt. horis matut. An. 1518. Calag. Clar.

ed. Mu-

ed. Musicalibus Canticis. θ. VVratisl. 27. Julii An. 1585. ætat. an. 67.)

MAXIMILIANUS ab HESS & Stein, in Stein, Eq. Silesʃ. Illustrisʃ. PPrr. Olsnenʃ. & Monsterberg. Consiliarius.

Hessiades gente est, Eobanum versibus æquans;
Credo, animam hunc animæ illi insinuasse suam.

(N. in prædio Stein Ducat. Olsnenʃ. 29. Sept. An. 1590. θ. Olsnæ. 8. Decemb. An. 1639. æt. an. 49.)

DANIEL ab HESSEN, S. C. Mtis. Vice-Colonellus, Civitatis Wratisl. Militiæ Præfectus, & Illustrisʃ. Pr. Olsnenʃ. Consiliarius.

Me celebrat Bellona Ducem, Pax laudat inermem;
Eminui hinc Generis pars pretiosa mei.

(N. in agro Stein Ducat. Olsnenʃ. menʃ. Augusto An. 1582. θ. Wratisl. 10. Junii An. 1648. æt. an. 65.)

JOHANNES ab HESSEN, in Stein, Weigelsdorff & Brondschiz, Illustrisʃ. PPrr. Würtemberg. & Olsnenʃ. Consiliarius.

Hospes es Aonidum, majorum more tuorum;
Hinc tot te visunt ex Helicone deæ.

(N. VVratisl. 4. Decemb. An. 1580. θ. in Secessu suo Stein 17. Julii An. 1656. æt. an. 76.)

JOHANNES HESSUS, SS. Th. D. prius Ecclesʃ. Cathedral. VVratisl. Canonicus, deinde Mariæ Magdal. ibid. Primus Pastor Evangelicus.

Lux Evangelii felici sidere nata
Me duce, Breslæa spargit in æde jubar.

(N. Norinbergæ 23. Sept. An. 1490. Vocatus approbante Jacobo a Saltza, Episcopo VVratisl. 19. Junii An. 1523. Uxorem duxit Steph. Spigleri, Senator. Filiam, (ex qua suscepit Saram, D. Joh. Aurifabri: Annam, Frid. Staphyli Uxorem, & Johan-

 nem,

nem, U. J. D.) 8. Sept. An. 1525. Secundam, Hedvvigen, ex qua suscepit Paulum, *M.* D. Annam, Andr. Büthneri, *M.* D. & *M*agdalenam, Joh. Nunharti Uxorr. ✝. Vrat. 5. Januar. (6. Adamus. E. R.) An. 1547. ætat. an. 56. curr. *M*inist. 24. N. Polius. *M*elch. Adamus.)

JOHANNES, Johannis Th. D. Fil. HESSUS, in Stein & Weigelsdorff, U. J. D. S. C. Mtis & Illustrissimi Pr. Olsnens. Consiliarius, ut & Fisci Regii per utramque Silesiam Patronus.

Biblica Jura Patri sunt dicta, mihique Themistæ;
Laus sua parta Patri est; laus mea parta mihi est.
(N. Vrat. 21. Dec. an. 1529. ✝. ib. 16. Oct. an. 1594. æt. an. 64. Polius.)

PAULUS, Johannis Th. D. Fil. HESSUS, Phil. & *M*ed. D. prius Acad. VViteberg. P. P. deinde Illustriss. Pr. Olsnens. Archiater.

Pharmaca quæ Clarium docuit prius Hessus ad Albim,
Cum fructu Ducibus contulit, Olsna, tuis.
(N. Vratisl. 11. Junii An. 1536. ex Garcæo. Calag. Scripsit, pro Melch. Guilando, Borusso, contr. Petr. Matthiol. Senens. Peregrinavit per an. 26. Promovit in D. Medicinæ, Bononiæ, æt. an. 27. Docuit Witebergæ, per an. 5. ✝. Olsnæ 11. Mart. An. 1603. æt. an. 67. ex Epitaph. Polius.)

ANDREAS HEUGEL a Polockovviz, in Dreska & Kotvvan, JC. S. C. Mtis ut & Illustriss. PPrr. Bregens. & Olsnens. Consiliarius & Cancellarius.

Lingua diserta, sagax animus, mens integra, Legum
Cognitio & Juris, me eripuere rogo.
(N. 23. Octob. S. V. An. 1549. Calagius. ✝. 12. April. S. N. An. 1609. ætat. an. 59. mens. 6. d. 21. off. 12. N. Polius in MS.)

ANDREAS HEVGEL, in Polockovviz, Reipubl. Vratisl. Senator.

Quod bona Phœbejæ mentis cumulentur honore,
Exemplo nobis Nobilis Heugel erit.
(✝. Wratisl. 3. Junii An. 1557. off. an. 25. Polius in *MS.*)

LAU-

LAVRENTIVS HEVGEL a Polockovviz, in Sagevviz, U.J.D. Consiliarius Cæsareus, & Fisci Regii per utramque Sil. Patronus.

Fisci Cæsarei fuit hic in Slesíde Custos;
Invenies paucos huic probitate pares.

(θ. Wratisl. 19. Mart. An. 1583. ætat. an. 69. N. Henel. Nic. Polius in MS.)

SEBASTIANUS HEUGEL, in Polockovviz, Consiliarius Cæsareus, & Regni Bohemiæ Vice-Cancellarius.

Cæsaris alma Themis mihi conciliavit amorem,
Hac dote exsupero Nobilitatis Avos.

(θ. in Secessu suo Betlern, 26. August. An. 1593. ætat. an. 56. Pol. in *MS.*)

M. MATTHÆUS HEUSLERUS, Medicus, & in Acad. Lipſ. Anatom. P. P.

Euripides Latius nostra quoque factus opella;
Ad Camerariadæ mentem, ea cura fuit.

(N. Sauraviæ, θ. Lipsiæ an. 1563. Melch. Adamus.)

HIERONYMUS, Episcopus Brandeburgensis & Havelbergensis.

Stirpe humili cretus, genioque & pectore celsus,
Excelsum meruit Præsul habere locum.

(N. in pago Gramschüz prope Glogoviam. θ. 29. Octobr. An. 1522. Sepultus Witstochii. Nic. Henelius. Chytr. in Metrop. p. 933.)

HIERONYMUS, I. Roma-Italus, Episcopus Wratislaviensis VII.

Hic & opes magnas, magnosque sitivit honores;
Templa pedumque tamen lignea vovit adhuc.

(Prius

(Prius Eccleſ. Picinienſ. Cantor. Elect. 1. Julii. Reliquias Sanctorum, S. Vincentii Caput: S. Martini, S. Clementini, S. Georgii, & S. Sebaſtiani brachios adeptus. An. 1052. occupavit Burgum Wratisl. θ. Diarrhœa correptus An. 1062. Sepult. Vratisl. ad D. Johann. ex Curæo, Nic. Polius in *MS.*)

BALTHASAR HILLERUS de Friberga, U. J. D. P. L. S. C. Mtis & Elector. Saxon. Conſiliarius, ut & Fiſci Cæſarei per utramque Luſat. Patronus.

Cæſarei mihi ſunt commiſſa negotia Fiſci;
Statque Patrocinio Luſatis ora meo.

(N. Stregæ 6. Januar. An. 1572. Clar. ed. Scriptis Plur. Draud. θ. Budisſinæ 4. Decemb. An. 1627. ætat. an. 56. Henelius.)

MICHAEL HILTBRAND, U. J. D. Eccleſ. Cathedr. Vrat. Canonicus & Officialis.

Hiltbrandus Themicæ præluſtre Viraginis aſtrum,
Luna Cathedrales inter ut alma micat.

(θ. Vratisl. 12. April. An. 1590. ætat. an. 57. Polius.)

M. BALTHASAR HILSCHERUS, Facult. Philoſ. in Acad. Lipſ. Adſeſſor, & B. Virgin. Collegiatus.

Mi Schola cura fuit, Sophiamque docere voluptas;
Nomine quod feror, hoc ſat mihi laudis erit.

(N. Hirſchbergæ. Clar. Lipſiæ An. 1627.)

MICHAEL HIRSCHFELDER, Northuſa-Thuringus, Ph. & Med. D. Poeta, Muſicus, Aſtronomus & Mechanicus.

Organa te Breslæ, Soræ te horoſcopa clarant,
Quæ fabricata tuæ providitatis ope.

(θ. Soraviæ 9. April. An. 1602. Sepult. Sagani, in Cœnobio. Pol. in MS.)

CASPA-

CASPARUS ab HOBERG, in Koske, Prausniz, Lasenig &c. Illustriss. PPrr. Lignicens. Bregens. & Wolaviens. Consiliarius, Ducatus Lignicens. Pro-Capitaneus, & Judicii Regii in Ducatt, Suidnicens. & Javoriens. Adsessor.

Non minima hæc Laus est, Ligium rexisse Tribunal,
Virtutisque altæ demeruisse Ducem.

(N. in Ducat. Lignicens. 5. Mart. An. 1605. θ. 5. Febr. An. 1669. æt. an. 64.)

CASPARUS ab HOBERG & Guttmansdorff, S. Johan. Hierosolymit. Ord. Eques, DD. Impp. Ferdinand. I. & Maximil. II. Consiliarius. & in Minori Olsna Ducat. Bregens. Commendator.

Me virtutis honos assignat sedibus altis,
Dignus & hinc, Equitum quem colat Ordo Sacer.

(θ. Znemæ Morav. 4. Jan. An. 1587. Polius.)

M. JOHANNES ab HOECKELSHOVEN, Gymnas. Mar. Magdal. Patrii Rector.

Corpore sis parvus; patulo mens deditur orbe;
Omne sophos nosti; jure docere potes.

(N. Wratisl. Johanne, Coloniense, & Christina Mündelia, Leorina, Parentibus, 22. Nov. An. 1557. Calagius. Clar. ed. Scr. Draud. ϑ. in Patria, apoplexia, 25. Maji An. 1618. æt. an. 61. mens. 5. d. 29. off. Schol. tum Prof. tum Rector. an. 29. Henelius. Polius in *MS.*)

JOHANNES, Johan. Fil. ab HOECKELSHOVEN, JC. prius in Dicasterio Appellation. Bohem. Pragensi Regius Consiliarius & Adsessor, deinde L. B. a Promniz, in Pless & Tribul, &c. Consiliarius & Cancellarius.

Illustrans Patrias laudes sophos omne peragro;
Et Famam illustrant publica Feuda meam.

(N. Vratisl. An. 1593. Clar. ed. Script. Draud, ϑ. in Patria 1. Mart. An. 1626. ætat. an. 33.)

ANDR. HOFFMAN. Philosophus & in Academia Francof. P. P.

Uno collegi variata Synonyma Libro
Permultum labor hic utilitatis habet.

(N. Liebenthali C. E. S. ♁. Francof. 10. Mart. P. C. 1549. Polius in MS.)

JOHANNES HOFFMANNUS, Acad. Pragens. ultimus Rector prius, deinde Acad. Lipsiens. quo se An. 1405. cum Scholaribus contulerat, P. P. denique Episcopus Misnensis.

Praga furit; Rector cedo cum cœtibus Hæmi;
Lipsia Doctorem; Misnia Præsulem habet.

(N. Suidnicii; interfuit Concilio Constantiensi, Clar. ed. Scr. Gesnerus, θ. 26. Mart. An. 1451. Sedit an. 37. Pol. in MS.)

CASPAR HOFFMANNUS, Ph. & Med. D. Sereniss. Elect. Brandeburg. Archiater.

Ingenio clarus fuit hic atque arte medendi;
Principis hinc meruit tanta brabea sui.

(N. Leobergæ 1. Octob. An. 1529. ex El. Reusnero, Gualter. θ. Coloniæ ad Suevum 1. August. S. V. An. 1584. ætat. an. 55. ex Buchole. Pol. in MS.)

CHRISTIANUS, Johan. Fil. HOFMANNUS ab Hoffmansvvaldavv, S. C. Mtis Consiliarius, & Reip. Vrat. Patr. Senator Primarius, dein Præses.

Heroum undantes dum tingis flumine laudes,
Ingenio statuis magna tropæa tuo.

(N. Wratisl. 25. Decemb. An. 1618. Clar. ed. Script. Poetic. Præs. an. 2. Senat. an. 24. ♁. ibid. 18. April. An. 1679. ætat. an. 61. curr.)

JOHANNES HOFFMANNUS ab Hoffmansvvaldavv, Consiliarius Cæsareus, & in Camera Imperiali per utramque Sil. Secretarius.

 Fidus

Fidus ego Celi Domino, terræque Dynastæ ;
Dedita mens illi ; dedita huic manus est.
(*N.* 27. Februar. An. 1575. †. VVratislav. 29. Mart. an. 1652. ætat. an. 77.)

M. MARTINUS HOFFMANNUS, Gymn. Elisabetan. Vratisl. P. & Poeta.

Breslæis quæ scripta meis funebria justa,
Me Clariis pote sunt annumerare choris.
(Clar. ed. Scr. Poetic. †. Vratisl. 26. Febr. An. 1578. æt. an. 57. off. an. 38. Polius in MS.)

MARTINUS HOFFMANNUS ab Hofe, U. J. D. S. C. Mtis & Glogoviæ Practicus celeberrimus.

Hic solide ambiguas potuit dignoscere leges,
Juris Consulti jure habet ergo decus.
(N. Glogoviæ 25. Sept. An. 1584.)

ZACHARIAS HOFFMANNUS, Eccles. Hernstad. Pastor & Presbyterii Senior.

Immundi mundi illecebras, vafra stigmata Ditis
Monstravi, ad Christum credita corda ferens.
(*N.* Suidnicii Dominica Judica An. 1577. †. Hernstadii 11. Junii An. 1640. æt. an. 63.)

M. THOMAS HOLIUS, Ecclesiæ Teschiniensis Pastor & Senior.

Rejiciat vacuum Natura, ex mente Sophorum ;
HolI tu illius plenum habitamen eris.
(*N.* An. 1548. mens. Decembr. Vixit adhuc Teschinii An. 1614. æt. an. 66.)

M. FRIDERICUS HOLSTENIUS, prius Eccles. Patriæ, deinde Suidnicens. Pastor.

Holstenius nunquam scriptis gavisus amaris,
Pacis amans, fidei præs, vitii osor erat.

(*N.* Boleslaviæ, Casparis, Patre & Avo, Senatorib. & Coss. & Margaretha Schäfferia, Parentibus, 23. Decemb. An. 1546. Calagius. *θ.* Suidnicii calculo 17. Octobr. an. 1609. æt. an. 63. Minist. 30. Successit ei Enoch Barthisius, Eccles. Landishuttan. Diacon. Polius in MS.)

PAULUS HOLTZBECHER, U. J. D. Reip. Patr. Vrat. Syndicus, & ejusd. Ducat. Pro-Cancellarius.

Scipiadas jactet Roma ampla, gravesque Catones;
Non minor in laudes est pia Bresla meas.

(*N.* Vratisl. mens. April. An. 1533. *θ.* apoplexia prope Lignicium 30. Mart. an. 1593. æt. an. 60. off. 29. Polius in MS. (ϑ. an. 1595. Henelius.)

PAULUS HOLTZBECHER, in Grunavv, Reip. Patr. Vratisl. Senator.

In Patriæ decus atque bonum mea cuncta figurans,
Et civis fidi nomine ovo, atque Patris.

(ϑ. in Patria 17. Junii An. 1625. ætat. an. 53. off. 10. Polius in MS.)

GEORGIUS HOEPNERUS a Greiffenstern, in Miniz, Petervviz & Schönvvalda &c. U. J. D. S. C. Mtis & Supremæ per utramque Sil. Præfecturæ Consiliarius.

Plus satis! Æquidicæ fuit hic fax splendida Divæ,
Invictique vigens Induperantis honor.

(N. Vratisl. 23. Januar. An. 1611. *θ.* in Secessu suo, Schönvvalda, 4. Maji An. 1663. æt. an. 52. Sepult. Vrat. ad S. Vincentii.)

PAULUS HOEPNERUS, Phil. & Med. D. Consiliarius Cæs. & Vrat. Practicus.

Höpnero Medico vix experientior alter
Visus, & haut alter blandior alloquio.

(*N.* Neo-

(*N.* Neostadii 29. April. An. 1580. *θ*. Vratisl. 19. Maji an. 1646. æt. an. 66.)

ANTONIUS HOERNIG, Ducatus Vratislaviensis Capitaneus.

Aoniæ diadema domus me Turba novena,
Bresla colit Patriæ me diadema Domus.

(*θ*. Vratisl. 30. Octob. An. 1464. off. an. 5. Polius.)

CASPAR HOERNIG, e Senatore Reip. Ducat. Vratisl. Capitaneus.

Patria quam veneretur, apes quem Breslidos oræ
Mirentur, cuivis conspiciendus adest.

(Elect. An. 1446. *θ*. VVratislav. An. 1470. off. an. 24. Polius in *MS.*)

GEORGIUS HOERNIG, Ducatus Vratislaviensis Capitaneus.

Inclutus Hörningus Caput almæ nobile Breslæ,
Vivit adhuc meritis clarus, ovatque, suis.

(*θ*. Vratisl. in ipsa officii dignitate, ubi ante defuncti tempora, ea dignitas fuerat ambulatoria, 6. Febr. An. 1552. ætat. an. 68. off. 20. Polius in MS.)

HIERONYMUS HOERNIG, Ducatus Vratislaviensis Capitaneus.

Quod natis Pater est, Patriæ fuit iste Budorgi;
Jure solo vivit nomine, mente Polo.

(*θ*. Vratisl. 12. Nov. An. 1528. off. an. 28 Successit ei Nicol. Schebitz. Polius in MS.)

JOHANNES HOERNIG, Reipubl. Vratisl. Senator, & Ducat. Capitaneus.

Audit & hic Patriæ telluris Fama, vetustæ
Magmentum stirpis, mentis & integritas.

 (*θ*. Vra-

(θ. Vratisl. An. 1519. off. 21. Pol. in MS.)

OTTO HOERNIG in Malckvviz, &c. U. J. D. S. C. Mtis & Reverendiss. Episcopi VVratisl. Consiliarius.

Ad laudem fuerant satis huic geniusque genusque;
Ob Themidem hanc auxit Cæsaris Aula virum.

(θ. VVratisl. 22. Octob. An. 1583. Nic. Polius in MS.)

PAULUS HOERNIG, Reip. VVratisl. Senator, & Ducatus Capitaneus.

Iste Themistos amor, populo applaudente, triumphat;
Evehit & Patrium, JAH moderante, solum.

(Elect. An. 1487. θ. VVratisl. An. 1508. off. an. 21. Polius in MS.)

PETRUS HOERNIG, Eq. Siles. Decretorum Licentiatus, & Ecclef. Cathedralis, ut & S. Crucis VVratisl. Canonicus.

Theulogiæ me cognitio, quoque nobilis ortus
Clarat, & a tenebris vindicat usque necis.

(θ. VVratisl. 13. Mart. An. 1532. Epitaph.)

WENCESLAUS HEORNIG, Reipubl. Wratisl. Senator & Camerarius.

Hörningus Patrii columella sacrata Senacli,
Fidus egenorum dicitur esse Pater.

(θ. VVratisl. 13. Septemb. An. 1537. off. an. 23. S. Suevus, Polius in MS.)

SAMUEL HORNIUS, prius Ludi litterarii Olavienf. Moderator, deinde Ecclef. Rudelsdorffian. in Diœcesi Strelenf. Pastor, & Districtus Nimicenf. Senior.

Hic Senioque gravis, grandisque Nepotibus, Ædi
Præfuit (o factum sit bene!) CHRISTE tuæ.

(N. Fridberg. ad Quissum 20. Nov. An. 1526. Clar. ed. scr. Draud. θ. Rudelsdorffii 14. August. An. 1610. æt. an. 84. septiman. 2. Minist. Rudelsd. an. 58. Seniorat. Nimicenf. 47. Olav. an. 6. Qui liberos & Nepotes numeravit 94. Polius.)

ELIAS

ELIAS HOSSMAN, Illustriss. Duci Lignicens. a Sacris Concionibus.

Verum nosse, docere bonum, justumque, piumque;
Ast hoc quam tutum, me rogitare cave.

(N. Boleslaviæ 29. Maji An. 1580. θ. Bregæ 1. Febr. An. 1630. æt. an. 50.)

SEBALDUS HUBERUS, Med. D. & in Patria Practicus.

Hippocratem me Bresla suum populosa professa est,
Experta Ingenii dona secunda mei.

(N. Vratislaviæ. θ. in Patria 30. Mart. An. 1504. ætat. an. 46. Polius.)

JOHANNES HUBNERUS, Eccl. Strelensis Patriæ Pastor.

Inter opinantes locus haut mihi quæritur ullus;
Quæ celo locet, est unica in orbe fides.

(N. Strelæ 7. Decemb. An. 1558. θ. ibid. 29. Junii An. 1618. æt. an. 60.

JOHANNES HUBNERUS, Reipubl. Namslaviensis Notarius.

Hunc quoque Melpomene Fama æternante beavit;
Proque labore datat nomina longa Dice.

(θ. VVratislaviæ de gradibus improviso cadens, mane circ. hor. 7. 14. Februar. An. 1615. Polius in MS.)

MELCHIOR HUBNERUS, ex Præposito in Kreidel, eligitur Abbas Ducalis Monasterii B. Mariæ VVrat. in arena, XLVIII.

Solius Jhovæ est, caussas novisse latentes;
Essem, si Medicam hîc iste tulisset opem.

(Introducitur a Martino Schoppio, Vice-Decano, 6. Februarii A. 1631. θ. Veneno sublatus, 4. Maji An. 1631. Nic. Pol. in MS.)

JOHANNES HUBRIGIUS, Illustriss. Pr. VVürtembergico-Olsnensis Consiliarius & Cancellarius.

Arbi-

Arbiter Eurynomes, Sophiæ cor, gloria Phœbi
Quod fuerim, fari postera secla queunt.

(N. Olsnæ 25 Julii An. 1604. ϑ. in Patria 26. August. circ. vesp. An. 1663. æt. an. 59. mens. 4. Conc. fun.)

JOHANNES HUFFNAYL, Ph. & Med. D. Ecclesiarum Pragensis & Olomucensis Canonicus, & Reipubl. VVrat. Physicus.

Corporis ut Medicum me florida Bresla professa est;
Sic Medicum cordis Regia Praga probat.

(ϑ. VVratisl. 23. August. An. 1446. Polius.)

JOHANNES HUNGER, Reip. VVrat. Senator, & Scholarum Præses.

Juncta Morenbergi curæ mea cura, vegentem
Obtinuit Musis omnigena arte domum.

(ϑ. VVrat. 24. Julii An. 1561. æt. an. 60. off. an. 12. Polius.)

MARTINUS HYLLERUS, Præpositus Olsnensis, & Ministerii in Ducatu Senior.

Biblidos inseruit flores Olsnensibus hortis,
Credidit in cunis quos sibi dia salus.

(N. Stregæ 28. Septemb. An. 1575. C. E. S. ϑ. Olsnæ 14. August. A. 1651. ætat. an. 76. current.)

IMISLAUS vel Haymo, natione Polonus, Episcopus VVratislaviensis XI.

Præsule me Mystæ connubia casta fovebant;
Nempe prius quod erat, debuit esse, bonum.

In locum distichi hujus Cunradini, quo saltim ad tempus Præsulatus respici videtur, sequens surrogatum est, quod Episcopi, qui â studio castitatis, liberalitatis aliisque dotibus commendatur, personam animumque propius & curatius ostendit:

Bres-

Breslica te haud longum gavisa Ecclesia: cœpit
Fundari auspiciis Glogoviana tuis.

(Elect. 1. Novemb. & a Jacobo Archi-Episcopo Gnesnensi ordinatus. Hujus instinctu Boleslaus III. Dux, instituit Insulam Glogoviensem cum omni apparatu, An. 1120. & Insulæ Wratislaviens. incorporavit. θ. febri quartana An. 1126. Nic. Polius in MS. vid. & Curæum.)

ANDREAS ISINGIUS, prius Aulæ Ducalis Bregensis Concionator, deinde Primus Evangelicus Eccl. Glacens. Pastor.

Primus ego vites plantavi, & Apollo rigavit,
Incrementa DEUS, vinitor ipse, dedit.

(N. Leobergæ. Dimissus Brega 22. Julii An. 1563. Minister. an. 9. Polius in MS. θ. Glacii 18. August. An. 1591. ætat. an. 68. Ministerii an. hic & ibi 45. Epitaph.)

JACOBUS I. Glacio-Sil. Ducalis Monasterii Cameniciens. in Ducat. Monsterberg. Abbas.

Hic decreta Patrum coluit, canonumque logismos,
Quei non Abbatis clarus honore foret?

(θ. Camenicii 4. Januar. An. 1506. Sedit an. 26. Successit ei Simon I. Glacio-Sil. Polius in MS.)

CASPARUS JACOBI, Abbas ad B. Virginem in arena, VVratislaviæ.

Pagina sacra mihi doctrix, Sophieque ministra;
Sic præeo socios in sacra templa meos.

(θ. Wratisl. 31. Januar. An. 1631. ætat. an. 68. Sedit an. 20.

JOHANNES JACOBELLUS, sive Jocissus, Phil. & Med. D. Mathematum in Acad. Francofurt. cis Viadr. P. P.

Græcus, Hebræus, Arabs noti mihi; nota itidem Astra;
Nota mihi Sophie, notaque Hygeja fuit.

(N. Lignicii. θ. Francofurt. 23. Decemb. An. 1587. ætat. an. 84. prof. an. 25. N. Henelius. al. θ. 22. Novemb. An. 1587. ætat. an. 89. Polius in MS.)

JAROSLAUS, Boleslai Alti, Primi in Silesia Pr. Filius, Dux Silesiæ &c. Episcopus VVratislaviens. XVIII.

Dux ego; Præsul ego; sed Erinnyde ductus atroci
Pauca egi, laudem quæ meruisse queant.

Al.

Dux ego, Præsul ego; mihi das Ecclesia, quæ sunt
Præsulis, ast ego, qua sunt Ducis, addo tibi.

(Elect. 1. Junii. Confirmatus a Zidislao, Archi-Episcopo Gnesniens. θ. 23. Januar. An. 1201. Sedit an. 3. S. Suevus, & ex Curæo, Nic. Polius.)

M. SAMUEL JAUCHIUS, Eccles. Fribergensis in Misnia Pastor.

Drachmula quæ data mî, lucri tibi facta Jehova est;
Summula sit licet hæc, est tibi grata tamen.

(N. Freistadii 26. Junii hor. 10. a.m. An. 1526. ex Ebero & El. Reusnero, Calagius. Abrahamus Scultetus numerat illum inter Pastores Ecclesiæ Gorlicensis, decad. 1. ordine VIImum. Exsul factus An. 1578. ætat. an. 42. N. Henelius.)

ABRAHAMUS JENCKVVITZ, in Goldschmiden, Jaxavv, Kurtsch, & Baumgarten &c. Ducat. VVratisl. Capitaneus.

Præside Breslæum me commoderante Tribunal,
Claror erat juri, justitiæque, suus.

(N. Wratisl. posthumus, Matre Magdalena Reinvvaldia, 27. Januar. An. 1538. ex Bucholcero, Calagius. θ. in Patria apoplexia, 24. Sept. An. 1606. æt. an. 69. off. Sen. 39. Capitaneat. 19. Polius in MS.)

AMBROSIUS JENCKVVITZ, Reipubl. VVratislaviens. Senator.

Multum turrigeræ evixi ter lumina Breslæ,
Quis fortunatum me neget ergo senem?

(θ. Wratisl. 1. Decemb. An. 1545. æt. an. 83. off. 54. Polius.)

NICO-

NICOLAUS JENCKWITZ, Ducatus Wratislavienſis Capitaneus,

Conſiliis dives fuit hic; hinc factus & urbis
Præſes; alit raros hos humus alma viros.
(θ. Wrat. 5. Junii An. 1537. æt. an. 50. menſ. 6. ex Epitaph. S. Suevus.)

GEORGIUS JENISCHIUS, Med. D. & Phyſicus Francoſteinienſis.

Legerat in Patriæ mea me Meditrina ſalutem;
At Patrium alma ſalus juſſit adire Polum.
(N. Neorhodæ. θ. Francoſteinii 18. Decemb. S. N. An. 1601. æt. an. 32. m. 11. d. 15. Epitaph.)

ANDREAS JERINUS, Ridlinga-Suevus, SS. Th. D. Epiſcopus Wratiſlavienſ. XXXIX. Supremus per utramque Sil. Capitaneus.

Ara Cathedralis Breslæa argentea tota eſt,
Iſthoc munificam, Præſule dante, manum.
(Elect. 1. Julii An. 1585. An. 1591. 4. Maji ſacrificabat in ara primum ex argento puro mirifice elaborata per Paul. Nitſch, Aurifabrum, & æſtimata pro 10000. Taler. Sileſiacis. Curavit & confici ex puro argento duo candelabra pro 1400. Taler. ejusd. pretii taxata. ϑ. Niſſæ 5. Novembr. An. 1596. æt. an. 56. Sedit an. 11. menſ. 4. d. 11. ſepult. Wratisl. ad Altare ſuum argenteum. Polius in *MS.*)

BARTHOLOMÆUS a JERIN, Ll. J. D. Com. Palat. Protonotarius Apoſtolicus, Eccl. Cathedralis Wrat. Canonicus & Cancellarius, ut & Epiſcopalis Conſiliarius.

Eurynome cerebrum, formarat pectus Alethe;
Inde legent nomen poſtera ſecla meum.
(θ. Wratisl. 24. Julii An. 1613. Epitaph.)

PHILIPPUS JACOBUS a JERIN, in Grunavv, Eccles. Cathedralis Wratisl. Canonicus & Decanus.

Mitis erat genio, placidus sermone, benignus
Omnibus, inprimis Relligionis amans.

(N. 24. Januar. An. 1599. ♃. VVratisl. 23. Januar. An. 1663. ætat. an. 64.)

VALENTINUS JESCHKIUS, ad D. Barbaræ Concionator, & Gymnas. Elisabetani VVratislav. Professor.

Hæc sors grata mihi teneram formare juventam;
Sed mage sunt gratus pulpita sacra labor.

(θ. VVratisl. 9. August. An. 1550. ætat. an. 70. Ministerii an. 14. Polius in MS.

JOHANNES JESSENIUS a JESSEN, Med. D. prius Acad. VVitebergens. P. P. Ducumque Saxon. Medicus, deinde Matthiæ II. Hungar. Regis, & post Rom. Imp. deniqne Collegii Carolini Pragens. Rector & Cancellarius.

Panno satu patrum, Breslæ sum natus in urbe,
Regia quæ caput urbs extulit, illa tulit.

(N. VVratisl. Balthasare, & Martha Schülleria, Parentibus, 27. Decemb. An. 1566. Calagius Clar. ed. Scr. plur. Draudius. θ. Decollatus Pragæ 21. Junii An. 1621. ætat. an. 55. mens. 6. d. 6. Henelius.)

ESAIAS JESSENSKY, de magna Jessen &c. Patricius VVratislaviensis.

Majorum generi me virtus addere jussit;
Monstrarunt aditum Musa, Minerva, Themis.

(N. VVratisl. Laurentio, Eq. Pannonio, & Barbara Uthmannia, de Schmoltz, Parentibus, 25. Martii An. 1580. Calagius. θ. Viennæ Austr. 17. Decemb. An. 1648. æt. 68.)

STEPHANUS JESSENSKY, de Majori Jessen, in Majori Syrdanick, Patricius VVratisl.

Nob

Nobilibus ſocior generis ſplendore vetuſti,
Et ſocior Clariis artis honore viris.

(Eſaiæ Jeſſensky Frater Germanus; N. VVrat. 25. Novemb. An. 1574. Calagius. θ. ibid. 29. Januar. hor. 9. veſp. An. 1622. ætat. an. 48. Nicol. Polius.)

JOACHIMUS, Caroli I. Pr. Olsnenſis Filius, Dux in Sil. Olsnenſis & Berolſtadienſis, Epiſcopus Brandeburgi & Havelsbergæ.

Num mihi dedecori ſacram geſtare tiaram?
Abſit; JOVA humilem me decorare cupit.

(N. 18. Januar. An. 1503. Calagius. θ. VVrat. 27. Decemb. An. 1562. æt. an. 60. Polius. (al. 8. Januar. An. 1563. mortuus legitur apud S. Suevum.)

ANDREAS JOCISCUS, Ethices in Acad. Argentinenſ. P. P.

Dum ſatago Patriam terreſtrem viſere, viſit
Mors ad me, & Patriæ reddidit æthereæ.

(N. Grunabergæ. θ. Rediturus in Patriam, in ipſo itinere, in pago Langenbruck, tribus Heidelberga milliaribus diſtante, colicis doloribus extinctus. 13. Auguſt. An. 1569. ex Bucholcero, El. Reuſner. & Polius.)

JODOCUS, Dn. a Roſenberg, Bohemus, Udalrici, L. B. Fil. Henrici, per utramque Sil. Præfecti Frater, Epiſc. VVratislavieſis, XXXII.

Huſſitici dum ſævit Eris gregis, alma mihi pax
Suaſa, odia exhibuit litigioſa mihi.

(Elect. 13. Februarii. Confirmatus 9. Junii a Calixto, P. P. An. 1456. ϑ. Niſſæ calculo oppreſſus 12. Decemb. (9. Dec. Suev.) An. 1467. Sedit an. 11. ſepult. VVrat. ad. D. Johan. ex Curæo Nic. Polius in MS.)

JOHANNES I. Epiſcopus VVratisl. VIII.

Primus Epiſcopio Breslæo præfuit iſte,
Proſatus hac noſtra qui regione fuit.

(Antehac Episcopatum hunc tenuerunt Itali, & plerique Romani; Hic fuit Eques Polonus e Genere Accipitrum, derer von Habicht. Elect. 1. August. a Petro Archi-Episcopo Gnesniens. & ab Alexandro, P.P. confirmatus. θ. calculo an. 1072. Curæus. Sepultus Vratisl. ad D. Johann. Polius in MS.)

JOHANNES, II. Episcopus Vrat. XIV.

Breslæam prius hic direxit Episcopus Ædem,
Post Gnesnense petens Archi-Episcopium.

(Nat. e Nobiliss. Familia Gryphium, derer von Greiff. Sedit Breslæ, per biennium An. 1147. Curæus. Deinde ad Archi-Episcopatum Gnesniens. vocatus. θ. An. 1165. Sedit an. 20. Polius.)

JOHANNES, III. Romka, Eq. Polonus, Episcopus Vratislaviens. XXIII.

Hic quoque clementi Pietate celebris habetur;
Præsule quo cepit Grissoviense sacrum.

(Electus suffragio Jacobi Stimpkæ, Archi-Episcopi Gnesnensis, Cunrado Gibboso, Pr. Steinaviens. & Decano Vratislav. plurimæ virtutis ergo prælatus. θ. Vratisl. peste 19. Novembr. an. 1301. Sedit an. 9. Curæus. Polius.)

JOHANNES, IV. ROTH, Wembdinga-Suevus, prius Regis Vladislai, deinde DD. Imp. Friderici, & Regis Matthiæ Consiliarius & Secretarius, ad D. Johann. Vrat. Decanus, denique Episcopus Vratisl. XXXIII. & Supremæ per utramque Silesiam Curiæ Præfectus.

Hic cum laude bona sacratæ præfuit ædi,
Ingenio præstans & pietate gravi.

(Elect. 19. Januar. An. 1482. Castellum Ottmachoviense restauravit, Aulam Vratisl. Episcopalem lapidibus exstruxit, a Pr. Nicolao Duce Oppol. in conventu PPrr. & Stat. utriusque Sil. vulneratus. θ. Nissæ 21. Januar. An. 1506. Sedit an. 24. Curæus, Sepult. Vratisl. Polius.)

JO-

JOHANNES, V. THURSO, Hungarus, Episcopus Vrat. XXXIV. al. XXXV.

Thurso favens doctis doctrina præditus ipse,
Sacratam rexit cum pietate domum.

(Elect. 6. Febr. An. 1502. Infulam accepit 22. Mart. An. 1506. Præfectus PPrr. utr. Sil. Elect. 14. April. an. 1507. Arcem Kaltenstein, p. t. Burgum S. Johan. dictum, de novo exstruxit. an. 1509. 11. Mart. Ludovicum, æt. suæ anno 3. Pragæ coronavit in Regem Hungariæ. ϑ. Nissæ 2. August. an. 1520. æt. an. 56. Sedit an. 18. Sepult. Vratisl. Polius.)

JOHANNES, VI. SITSCH, Eq. Siles. in Stiberdorff, ex Præposito Episcopus Vratislav. XLIII. per utramque Siles. Præfectus.

Præpositus sacræ fuit Ædis Sitschius ante,
Præsulis hinc Sellam cum gravitate tenens.

(Elect. 18. Julii An. 1600. Jubilæum celebravit 1. Nov. an. 1602. Wratisl. θ. Nissæ 25. April. an. 1608. Sedit an. 8. Polius.)

JOHANNES, primum Episcopus Waradini in Hungaria, deinde Episcopatu sponte abdicato, Ord. S. Benedicti Vratislaviæ Monachus.

Ante Varadinæ perhibebar Episcopus Ædis,
Post Breslæ movi Relligionis opus.

(θ. Vrat. An. 1510. profess. an. 18. Nic. Polius.)

RUDOLPHUS JHON a Kosel, Reipubl. Vrat. Senator, reique bellicæ Commissarius.

Nominis in nobis si quid portendit origo,
Auxilio Patriæ, consilioque fui.

(*N.* 29. Oct. An. 1595. Fit Senator 21. Febr. an. 1624. θ. Wrat. apoplexia 27. Nov. an. 1642. æt. an. 47. off. 18.)

M. ANDREAS JONAS, ad D. Barbar. Vratisl. Ecclesiastes, & Gymnasii Elisabetani ibid. Professor.

Stre-

Strela dedit cunas; Artes Cathedramque Budorgis,
Et thalamum & tumulum; dic age, utrius ero.

(*N.* Strelæ menſ. Novemb. An. 1564. Uxorem duxit M. Franciſc. Virlingi Filiam. ϑ. Vratisl. 9. Dec. an. 1604. ætat. an. 40. miniſt. 12. Polius.)

BENEDICTUS JONSDORFF, Ord. Auguſtin. Regular. ad D. Virgin. Vrat. Abbas.

Quod mihi ſancta cohors tribuit, ſum munere felix;
Eſt meritis felix non minus illa meis.

(θ. Vratisl. 13. Julii An. 1503. Succesſit ei Thomas Falckenhain. Pol. in MS.)

JOHANNES JONSTONUS, Phil. & Med. D. Hæreditarius in Zibendorff, Ducal. Lignicenſ. Illuſtr. Comitum a Leſſenzky Archiater, & Leſnæ Polon. Phyſicus Ordinarius.

Conſiliis præſtans, gratus medicamine, ſcriptis
Jonſtonus celebris vivit, ovatque, ſuis.

(*N.* Sontherii, e Scotor. genere oriundus, 25. Sept. An. 1603. Clared. Scriptis plurimis, Theol. Medicis & Philoſophicis. θ. in Seceſſu ſuo 8. Junii an. 1675. æt. an. 72. curr.)

STEPHANUS JOEPNERUS, Reipubl. Wratislavienſis Senator.

Quod pia me partem ſervabat Curia Breslæ,
Quod Gener Heſſus erat, laus mihi dulcis erat.

(ϑ. Vratisl. 3. Januar. An. 1534. off. Senat. an. 19. Pol. in MS.)

JUSTINUS JOSEPHUS, prius Judicii Secularis in Inſula D. Johannis Vrat. Cancellarius, deinde Illuſtriſſ. PPrr. & Stat. utriusque Sileſiæ Syndicus Provincialis.

Juſtitiæ cultor Juſtinus, & artis amator,
In Themico & Nomico claruit usque foro.

(*N.* Lignicii 7. Januar. An. 1596. θ. Vrat. 8. Junii an. 1658. ætat. an. 63. current.)

JO-

JOHANNES JUNGMAN a Caſſel, Fiduciarius in Wilxen & Heinſsdorff, Ducat. VVolavienſis.

Commendant ſocios Muſæ, comitantur, aluntque;
Perſenſi hoc oris Haſſus in Elyſiis.

(θ. An. 1603. ætat. an. 50. circiter.)

M. JOHANNES JUNGNITIUS, Logices in Academ. Heidelbergenſ. P. P.

Quæ reliquas firma ratione examinat artes,
Ars Myrtillifera docta ea in urbe mihi eſt.

(N. Vratisl. θ. Heidelbergæ 27. Januar. An. 1588. æt. an. 38. Joh. Fabricius. N. Polius.)

M. SAMUEL JUNIUS, prius Scholæ Soravienſis, deinde Zittavienſis Rector.

Junius argutum juvenes docet edere carmen;
Hunc ipſum carmen fingere quale putes?

(N. Suibuſii 28. Maji An. 1567. ex Andr. Calagio, Nic. Polius. θ. Zittaviæ.)

JOHANNES a KALCKREUT in Karoſchen &c. Illuſtriſſ. Pr. Würtembergico-Olsnenſ. Conſiliarius.

Ars, Areteque, Ducis mihi contribuere faviſſam;
Inde mei Generis lampas honora fui.

(N. in agro Peruſchen 2. Julii An. 1603. θ. in prædio ſuo Karoſchen, 6. Sept. an. 1657. ætat. an. 54. Orat. fun.)

CASPAR KARAS, a Rhomſtein, Ph. & SS. Th. D. Eccleſ. Cathedralis Vrat. Canonicus, Olomucenſ. Præpoſitus, & Archiducis Conſiliarius.

Charus erat Karas Chariſin, Sophiæ, Eugeniæque,
Viſurus Breslam deſiit eſſe ſuper.

(N. Ujeſtæ, Oppolienſ. Ducat. oppido, An. 1591. θ. Vratisl. 6. Januar. an. 1646. æt. an. 55. Epitaph.)

ADAMUS a KARNITZKY, in Pavischlave, Illustriss. Pr. Olsnens. Consiliarius, & Territorii Trebnicens. Judex Provincialis.

Trebnicio fueram legum Lex viva popello;
Dotesque Ingenii perplacuere Duci.

(N. in agro Pavischlave 5. Dec. An. 1568. θ. ibid. 20. Dec. an. 1630. æt. an. 62.)

ESAIAS KEHR, Phil. & Med. D. & in Patria Practicus.

Pharmaca Pergamei mihi visa fuere, Coique;
Visa sed in mortem nulla fuere mihi.

(N. Vratisl. mens. Januar. An. 1584. θ. ibid. 25. Febr. an. 1610. æt. 36. Pol. in MS.)

ANDREAS KEPPICHIUS, Chemnicensis, Schol. Ducal. Olsnens. Rector, Poeta.

Quos Schola det fructus, Keppichia penna figurat,
Quæ mire in Melico delitiatur agro.

(Clar. edit. Scriptis. θ. Olsnæ 20. Maji an. 1601. Epigraphe.)

JOHANNES KEPPICHIUS, P. L. prius Scholæ Patriæ Rector, deinde Curiæ Senator.

Me Cato Christjanus, sacrorum & carmina Amorum
Civibus adscribunt, Phœbe diserte, tuis.

(N. Olsnæ 20. Febr. An. 1573. Clar. ed. Scr. θ. in Patria 7. Dec. an. 1631. æt. an. 58. Pol. in *MS.*)

M. BARTHOLOMÆUS KERNIUS, Scholæ Ducalis Lignicensis Rector.

Mella dedit, nucleosque dedit, dulcesque placentas
Kernius, Aoniæ condus amansque rei.

(N. Fraustadii mens. Majo An. 1572. θ. Lignicii 10. Junii an. 1637. æt. an. 65. off. an. 39.)

CASPARUS KESELERUS, Ecclesiæ Liebenthaliensis Pastor.

Nasceris in pratis, in Amoris valle quiescis;
Os Evangelium, cor tibi JOVA fuit.

(N. Schönoviæ 10. Maji An. 1565. ♰. Liebenthalii 24. Maji an. 1634. æt. an. 69.)

CASPARUS KESELERUS, Ecclesiæ Marian. Lignicens. Pastor, Consistorialis, & Ducatt. Lignicens. & Wolaviens. Superintendens.
Editoris hujus Libri ex Matre Atavus.

Theulogiæ Keselerus amor, Ligiæque Cathedræ
Claror, ô in laudes vixit, IHOVA, tuas!

(N. Schœnoviæ Reg. Civitat. 2. Junii An. 1593. C. E. S. ♰. Lignicii 14. Dec. intr. hor. 2. & 3. matut. an. 1662. ætat. an. 70. minus septiman. 24. Oratio funebr. Epitaph.)

DAVID KESLER, Senatorii Ordinis in Rep Patr. Senior, Præfectus Namslaviensis.

Tu Patriæ, præclare Senex, cum laude præibas;
Dignus, Adrasteam porro juvare, fores.

(N. Vrat. 23. Junii S. V. An. 1533. ♰. in Patria 24. Jan. S.N. an. 1611. æt. an. 77. m. 8. d. 1. off. 39. Pol. in MS.)

JOACHIMUS KESLER, Reipublicæ Patriæ Vratislaviens. Senator.

Mater &, & Natus dolor! una luce sepulti;
Illa Parens inopum; Juris at isthic amor.

(♰. Lignicii 15. Novemb. An. 1539. ætat. an. 67. off. 3. Polius in MS.)

M. ADAMUS KESSELIUS, Theologus & Mathematicus, ad Sanct. Cruc. Wrat. in Insula Canonicus.

Lumine, quæ ſurſum, cæleſtia lumina vidi;
Aſtra animum aſtra ſuper ipſam habuere animam.

(N. Wolaviæ, Stephano & Eliſabetha Biberia, Parentibus, 16. Auguſt. An. 1546. Calagius. ♂. Vrat. 6. Nov. an. 1606. æt. an. 60. Epitaph.)

JOHANNES KHEIL, Vratislavia-Sileſ. Med. D. & in Patria Practicus.

In Chymicis mea cura fuit, mea ſumma voluptas;
Hinc operæ, hinc igni parcere, nullus eram.

(♂. in Patria 15. Julii An. 1622. ætat. an. 36. Polius in MS.)

M. MATTHIAS KHEIL, Eccleſ. Glacenſis Paſtor, & reliquar. Inſpector.

Kheill, tu vates inter nunc carmine vivis;
Peſtem Muſa canens, ne moriare, facit.

(N. Francoſteinii d. SS. Pentecoſtes An. 1572. Succeſſit in Miniſterio Georgio Tſcheutſchnero. Clar. ed. Scr. An. 1622. occupata Civitate, coactus fuit cedere cum omnibus ſui ordinis, ut & Scholæ collegis, æt. an. 50. Pol. in MS.)

ALBERTUS KINDLERUS, a Zackenſtein, Conſiliarius Cæſareus, & in Marchionatu Luſat. Infer. Cancellarius.

Syndicus hic Patriae, Divi poſt Conſiliator
Caeſaris, ah! acti hoc ſuave laboris epos.

(N. Hirſchbergæ. Hujus Conjunx Charitas Tileſia, Avi mei materni, M. Melchioris Tileſii, Soror Germana. θ. Pragæ 30. Mart. An. 1573. Kindlerus vero in viduo toro ♂. Henelius.)

FABIANUS KINDLERUS, Senior, Phil. & Med. D. Poliater Wratislavienſis.

Me quoque Bresleos inter pia Fama Medentes
Quod numerat, Coi eſt cauſa propinqua mei.

(♂. Vra-

(θ. Vratisl. 19. Januar. An. 1561. ætat. an. 90. Polius in *MS.*)

FABIANUS, Fabiani Fil. KINDLERUS, a Schotvviz in Bischkovviz, U. J. D. prius Reip. Patr. Secretarius, deinde Syndicus, denique Cameræ Imperial. Silesiacæ Consiliarius.

Diva Themista gradus varios mihi fecit honorum;
Maximus illorum est, Maxmiliane, tuus.

(N. Wratisl. 21. Julii An. 1515. S. Suevus. Successit in officio Secretariat. Stephano Heugelio, 13. Mart. an. 1538. θ. Vrat. apoplexia, 14. April. an. 1572. ætat. an. 57. Nicol. Henelius. Nicol. Polius.)

M. JOHANNES KINDLER, Ecclesiæ Javoriensis Pastor.

Vera docens, & vera videns, & vera professus,
Stans cathedra summi principis instar obit.

(N. Leobergæ. θ. ibid. apoplexia in suggestu tactus 24. Octobr. An. 1604. ætat. an. 75. septiman. 17. off. 49. Polius in *MS.*)

DANIEL KINNER, Reip. Patr. Senator, Ædis ad D. Barbar. Curator.

In me simplicitas animi & mens conscia recti,
Hæcque Ministerio semper amica fuit.

(N. Vratisl. Cunradorum Vrat. Familiæ necessarius. θ. in Patria 10. Maji An. 1658. æt. an. 64. mens. 9. d. 14. off. 24.)

M. MARTINUS KINNERUS a Scherffenstein, in Wissag & Lodeniz. prius in Acad. Witteberg. Poes. & Historiar. P. P. deinde Archigrammateus Leobschütziensis, Musicus & Poeta.

Musica, Musa, Themis, Famæ me nomine mactant;
Eugeniæ hinc veniunt splendida signa meæ.

(N. Leobschüzii. Clar. ed. Echo Cervimontana, de Cruce Christi

& Ecclesiæ. ϑ. Catarrho suffocativo in itinere, hor. 2. pomerid. in agro Baumgarten, dimidio milliari a Francosteinio, 24. April. S.N. An. 1597. ætat. an. 63. Polius in MS. ex Bucholc. & Bilovio El. Reusnerus.)

SAMUEL, Danielis Frater, KINNER, Wratislavia-Sil. Med. D. prius in Patria Practicus, deinde Illustris. Pr. Ligio-Bregensis Consiliarius & Archiater.

Bresla mihi cunas, thalamum, praxinque benignam;
Brega dein munus contulit, & tumulum.

(ϑ. Bregæ 10. August. An. 1668. æt. an. 65. curr.)

CASPAR KIRCHNERUS, P. L. Sacr. Cæs. Mtis & Illustriss. Pr. Lignicens. Consiliarius.

Quod laudem meritus, te laurea dia coronat;
Hoc tali noster gaudet honore labor.

(N. Boleslaviæ 31. Decemb. An. 1592. θ. Lignicii 19. Junii An. 1627. æt. an. 35. curr.)

M. GEORGIUS KIRSTEINIUS, Illustr. Pr. Monsterbergo-Berolstadiensis Concionator Aulicus, & Olsnensis Presbyterii Senior.

Spernit vulgares gemmas, cimelia legit
Kirstein, Theulogici gemma corusca chori.

(N. in pago Polnisch Weda / Districtus Nissensis, 26. Octob. hor. 7. vesp. An. 1588. θ. Berolstadii 6. August. An. 1638. ætat. an. 50.)

MICHAEL KIRSTEINIUS, Ecclesiæ Smollensis Pastor, Ministerii in Ducatu Olsnens. Senior, Theologus & Poeta.

Biblidos ima fuit tibi cura, secunda Poesis;
Hinc tibi perpetuum laudis aroma viret.

(N. Bregæ 2. Julii An. 1592. Clar. ed. Scr. Vixit An. 1663. æt. 71.)

PE-

PETRUS KIRSTEINIUS, Ph. & Med. D. prius Gymnasii Patrii Elisabethani Rector, & reliquar. Scholar. Inspector, deinde Academ. Upsaliensis in Suecia Medic. Facultat. P. P. & Archiater Regius.

Quæ Schola, quæ Cous mihi contribuere brabea,
Firmavit solido nomine noster Arabs.

(N. Wratisl. Petro, & Martha Simonia, Parentibus, 25. Decemb. int. hor. 2. & 3. matut. An. 1577. Calagius. Clar. ed. Scr. Arabicis, & aliis. Draud. ♁. Upsaliæ Suec. 5. April. An. 1640. æt. an. 63. curr. Nicol. Henelius.)

HIERONYMUS KISWETTERUS, Silesius, J.C. Elector. Saxon. Cancellarius.

Et Jus constitui rixis finemque popelli;
Hoc merito Mysiis nunc quoque vivo meis.

(Flor. sub Augusto Electore. Henelius.)

CASPARUS, L. B. a KITLITZ, in Malmitz, Consiliarius Cæsareus, & Ducatus Glogoviensis Præfectus.

Sim Baro, Glogani sim prima columna Ducatus;
Mi doctrina magis, Jusque piumque placent.

(Clar. An. 1550. Polius in *MS.*)

MARCUS, L. B. a KITLITZ &c. Ecclesiæ Cathedralis Wrat. Decanus & Canonicus.

Gloriæ ut est hæres justo contermina virtus,
Sic niti his unis mens mihi sola fuit.

(♁. Wratisl. in Vigilia D. Nicolai An. 1579. Epitaph.)

M. VALENTINUS, Urbani Fil. KLEINWECHTERUS, Gymnas. Mar. Magdalenei VVratisl. Rector & P. P.

Fausta dies Sophiæ dum vasto te dedit orbi;
Cor merito Sophiæ diceris esse Sophis.

(Nin

(N. in pago Leutmansdorff, Ducat. Suidnicens. 1. Decemb. die Sophiæ An. 1607. C. E. S. θ. VVratisl. 29. Jan. An. 1661. æt. an. 54. curr.)

M. URBANUS KLEINWECHTER, Pastor in Leutmansdorff.

Nomine hic erravit, nomen tibi qui dedit isthoc,
Microphylax dixit, Macrophylax voluit.

(N. Landishuttæ 4. April. An. 1570. θ. Leutmansdorpii, Ducat. Svidnic. pago. 4. Aug. An. 1619. æt. an. 49. mens. 4.)

HIERONYMUS KLOEPPERUS, Ecclesiæ Berolstadiensis Pastor.

Commissum, bonitate tua pie CHRISTE, subegi
Munus, & errantem duxi ad Ovile gregem.

(N. mens. Februar. An. 1515. ϑ. Berolstadii 12. Martii An. 1593. æt. an. 78. current.)

EUSTACHIUS a KNOBELSDORFF, Eq. Borussus, Ecclesiæ Cathedralis VVratisl. Decanus & Officialis.

Εὔστοχος Eustachius Phœbi fuit hercle canentis;
Æquat Calliopen, Naso Poeta, tuam.

(N. Heilspergæ in Borussia An. 1519. Clar. ed. Scr. Gesnerus. ϑ. VVratisl. postridie Dominicæ SS. Triadi Sacræ An. 1571. æt. an. 52. N. Henelius.)

MARTINUS a KNOBESLDORFF, in Cammendorff &c. Sacr. Cæs. Mtis & supremæ curiæ per utramque Sil. Consil. & Cancellarius.

Cæsar, Apollo, Dice, mihi nomina clara dederunt;
Det DEUS & fini mitia fata meæ!

(N. Francosteinii, circ. fin. Januar. An. 1596. θ. in Secessu suo Cammendorpii 9. Februar. An. 1659. æt. an. 63.)

MAXI-

MAXIMILIANUS a KNOBELSDORFF, in Rückersdorff, VVroblin & Arnsdorff, prius Territorii Suibusiens. Capitaneus, postea Consiliarius Cæs. & Cameræ Imp. Silesiacæ Adsessor.

Thespiades oculis mage fovit amabilis Heros;
Quas Equitum cretus sangvine rarus amat.
(θ. An. 1569. Nicol. Henellus.)

CHRISTOPHORUS KOCHTICZKY, L. B. a Kochtitz.

Vah! Baro liber hic est, quem clarant stemma, librique;
Scilicet hoc vere est currere Patris iter.
(Flor. Cossentini An. 1620.)

JOHANNES KOCHTICZKY, L. B. a Kochtitz & Stecklavv. Dynastiæ in Lubleniz Hæreditarius, Consiliarius Cæsareus, & Cameræ Imperial. Silesiacæ Adsessor.

Virtutum Oceanum verbo vis dicere? eisdem
Heros Kochticius vel mare grande fuit.
(N. Sub Maji plenilunio An. 1543. Hujus Conjunx Elisabetha, Johan. Bernhardi L. B. a Malzan, in VVartenberg, Filia. θ. VVrat. 12. Januar. An. 1608. Filius ejus Johannes Georgius, in Viadro suffocatus Bregæ 26. August. An. 1609. Pater θ. VVratisl. 1. Januar. An. 1591. ætat. an. 48. Polius in MS.)

SIGISMUNDUS a KOECKRITZ, Senior, in Festenberg, Sirchen & Leipa &c. Illustriss. Pr. VVürtembergico-Olsnensis Consiliarius & Judex Provincialis.

Ingressus fauste Köckriz Permessidos arva,
Progressus mediam es laudis in usque domum.
(N. in Oppidulo Festenberg Baronatus VVartenberg 25. Jan. An. 1601. θ. ibidem 10. Septemb. An. 1664. æt. an. 64. curr.)

MATTHIAS KOLBIUS, SS. Th. D. Eccles. Cathedralis ad D. Johan. Vratisl. Archi-Diaconus & Canonicus.

Kolbius Eusebies decus indelebile Dina
Grande Cathedrales inter agalma meret.
(θ. Vratisl. A. C. 1517. Epitaph.)

MARTINUS KOLSDORFFIUS, Episcopus Nicopolitanus, Suffraganeus VVratisl. Eccles. ib. Cathedralis, & Glogoviæ Majoris Canonicus, ad S. Cruc. Præpositus & Vicarius Generalis.

Virtuti & Genio applaudunt pia numina nostro,
Meque hilaris sequitur his sacra turba sacris.
(θ. VVratisl. 9. Julii An. 1624. Epitaph.)

ESAIAS KOERNER, U. J. Candidat. Musicus & Reip. Lign. Civis primarius.

Harmoniæ subolem quod me dixere Novenæ,
A Themide & modulis hoc fuit omne meis.
(*N.* Fribergæ m. Novemb. An. 1565. θ. Lignicii 29. Decemb. An. 1661. æt. an. 95. Epitaph.)

M. LAURENTIUS KOERNICHEN, Ecclesiæ Olsnensis Præpositus.

Me Sophiæ fecit Viteberga polita Magistrum,
Præconem Olsnensis acciit ara suum.
(θ. Olsnæ peste An. 1572.)

TITUS KOSELIUS, Ecclesiæ Trebnicensis Oppidanæ Primus Pastor Evangelicus.

Ægrotis animabus opem, pie CHRISTE, ministrans
Spiritualis agri germina sacra lego.
(θ. Trebnicii, Dominica Misericordias Domini, An. 1566. Epitaph.)

FABIANUS a KOTTVVITZ, in VVeissholtz & VVischitz, Judicii Regii in Ducatu Glogov. Adsessor.

Cum

Cum Cicerone loquens, cum fundens metra Marone,
Antiquum hic auget Nobilitatis epos.

(♃. An. 1622. N. Henelius.)

LEONHARDUS a KOTTWITZ, in Köben, &c. prius Judicii Provincialis in Ducatu Glogoviens. Adsessor Regius, deinde Capitaneus Gurensis.

Usu Kottvvicius pollens & Deigmate Juris,
Gurensis meruit dicier Alpha fori.

(N. Mens. Januario An. 1575. ♃. 7. Febr. An. 1630. ætat. an. 55. Henelius.)

DAVID KRAUTVOGEL, Superintendens Friburgensis in Misnia.

Sacra Pater tractat, Fisci civilia (a) natus
Sic junctim Patriæ servit uterque bono.

(N. Glogoviæ 21. Decemb. An. 1529. Calagius. θ. Friburgi 5. Octob. An. 1601. ætat. an. 72. Abrah. Metzner. in Conc. funebr. (a) Patri cognominis, U. J. D. Fisci Cæsarei in Silesia Patronus. Pol. in MS.)

VALENTINUS KRAUTWALDUS, aliis Crotaldus, Nissa-Sil. Doctor Schvvenckfeldianus.

De sacra Domini, mihi mens Schvvenckfeldica, Cæna;
Utramque ut noris publica scripta lege.

(Clar. pravo suo Dogmate An. 1526. ex Gesnero Bucholcerus. Eckelio Glacii in ipso suggestu apoplexia tacto, & paulo post extincto successit, in phthisin tandem incidit, ac miserabiliter vitam finivit. Ex Georgio Seilero, Past. Lignic. in vit. Trocendorffii, Nicol. Henelius.)

M. LEONHARDUS KRENTZHEIM ab Iphoven, prius Ecclesiar. Ducat. Lignic. Superintendens, deinde Eccl. Fraustadianæ Pastor.

Hiſtoriam mundi CHRISTI cum tempore ſignans,
Theologiæ ſpecimen ſic quoque linquo meæ.

(*N.* in Franconiæ oppido, Iphoven, 16. Sept. horis matut. An. 1532. Calagius. Clar. ed. Scr. Draud. θ. Frauſtadii 12. Dec. An. 1598. æt. an. 66. m. 2. d. 26. Miniſter. Lign. an. 40. Frauſtad. an. 3. ſeptim. 17. ex Buch. & Gualt. Polius.)

GODOFREDUS, Johan. Sen. Fil. KRETSCHMARUS, Promnicio-Pleſnenſis Conſiliarius, & loci Cancellarius.

Patria chara vale! rident Pleſneïa tempe
Præ reliquis, ſi ſint vel potiora, mihi.

(*N.* Wratisl. m. Febr. An. 1605. θ. Pleſnæ 9. April. An. 1657. æt. an. 53.)

JOHAN. KRETSCHMARUS, Senior, Ducatus & Scabinat. VVratisl. Secretarius.

Prognatus Patriæ vere Kretſchmarus in uſus;
Curia ſancta docet; Civicus Ordo probat.

(*N.* 19. Octob. An. 1571. Fit Scabinographus 10. Maji An. 1600. Melchioris Steinbergeri Succeſſor. θ. Wratisl. 20. Febr. An. 1618. ætat. an. 47. off. Scabinogr. an. 7. Secretar. an. 12. Pol. in MS.)

JOHANNES, Johan. Sen. Fil. KRETSCHMARUS, Reipubl. Patriæ a Secretis.

Gaude ſorte tua, Kretſchmare! hæc una viarum eſt,
Patris in exemplum qua licet ire tui.

(*N.* Wratisl. 20. Febr. An. 1603. Reſignat An. 1671. off. 34. &! θ. ibid. 28. Decemb. 1679. æt. an. 77. curr. Succeſſit ei David Schvvemlerus, U. J. D.)

CASPARUS KRETSCHMER, Reipubl. VVratisl. Senator & Camerarius.

Brateſilea tui Genii mirata talentum,
Te voluit Cameræ rite præeſſe ſuæ.

(*N.* Niſ-

(N. Nissæ 2. Julii An. 1602. ϑ. VVratisl. 8. Januar. An. 1657. ætat. an. 55.)

M. PANCRATIUS KRETSCHMER, Reip. Patr. Hirschbergensis Consul.

Felicem Patriam! quæ te, Kretschmere, tot annos
Judicio experta est consiliante Patrem.

(θ. in Patria peste 22. Octob. An. 1625. æt. an. 70. off. an. 40. Pater ejus vixit an. 90. Avus, centenario major, Proavus an. 120. Polius in MS.)

NICOLAUS a KRICKAVV, Eques, Sacrar. LL. D. Eccles. Cathedralis VVratislaviensis Custos & Canonicus.

Sacrarum fuit hic Legum quoque nobile lumen,
In Canonum vivax nomen habens tabula.

(ϑ. VVratisl. 11. Novemb. An. 1553. Epitaph.)

AUGUSTINUS HENRICUS a KROMAYER & Majori Sagevviz, Hæreditarius in Grünaych & Krackovvain &c. Reip. Patriæ Senator & rei bellicæ Commissarius.

Ut Patriæ decori sit, multas visit in oras;
Quæ civi debes Patria, redde tuo.

(N. VVratisl. 12. Octob. An. 1612. θ. ibid. 27. Maji hor. 10. vespert. An. 1669. æt. an. 57.)

HENRICUS a KROMAYER & Sagevviz in Gallvviz, Reip. VVrat. Senator Primarius.

Inter honoratos fuit hic pars Optuma Patres,
Quos agitat curis Bratesilea suis.

(θ. VVratisl. 24. Febr. An. 1597. ætat. an. 70. off. an. 28. Polius in MS.)

HIERONYMUS a KROMAYER, Reip. VVratisl. Senator & Camerarius.

Custodire λόγον, justumque piumque tueri
Cordi erat, & vixi sic Patriæ atque DEO.

(N. Patre Georgio, & Matre Hedvvige Wüſthubia, 16. Martii An. 1495. Calagius. θ. Vrat. 5. Nov. An. 1551. æt. an. 56. off. an. 20. Polius in MS.)

BARTHOLOMÆUS KRUMBHORN, Paſtor Waldenſ. in Ducat. Lignicenſ. & Presbyterii ibidem Senior.

Spes mea Chriſtus erat, quem corde ac ore profeſſus;
Monſtravi Gregibus pro ſtatione meis.

(N. Lignicii 3. Sept. An. 1525. Calagius. Docuit prius in Scholis Lignicenſ. Boleslavienſ. & Goldbergenſ. Polius in MS.) θ. Waldæ 23. Septemb. An. 1592. æt. an. 67. d. 15. Miniſterii an. 42. ſeptim. 26. Krentzheim in Conc. fun. Grunæus ex Epitaph.)

CASPARUS KRUMBHORN, Eccleſiæ ad DD. Petr. & Paul. Lign. Organœdus.

Me Natura ſenem fecit, ſors improba cæcum;
Dona ſed ingenii non potuere rapi.

(N. Lignicii An. 1572. Tertio ætatis ſuæ anno, ex malignitate variolarum viſu privatus, nihilominus Muſices & Organi tractandi peritus. θ. Lignicii 11. Junii An. 1621. ætat. an. 79. off. 55.)

MARTINUS KRUMBKRUGER, U.J.D. & Fiſci Cæſ. per utramque Sil. Patronus.

Cæſarei Fiſci Regalia quæque miniſtrans,
Et Patriæ pario ſic bona multa bono.

(θ. Wratisl. 1. Decemb. An. 1604. æt. an. 50. Polius in MS.)

ELIAS KUNTSCHIUS a Breitenvvald, Phil. & Med. D. Reip. Oppolienſis Phyſicus Ordinarius.

Evehat hunc Pallas, Sophie iſtum, Melpomene illum;
Mî ſatis eſt Medicis evaluiſſe meis.

(N. Oppaviæ 1. Nov. hor. 7. noctis An. 1566. θ. ibid. Oppolii 13. Mart. An. 1623. ætat. an. 57. Henelius.)

GEOR-

GEORGIUS KUNTSCHIUS, Primus Reip. Oppaviensis Medicus.

Gloria felices Oppam genuisse medentes;
Gloria, quod Medicûm primus ibi, mea erat.

(N. Bilicii 22. April. An. 1553. θ. Oppaviæ febri 2. Mart. An. 1600, ætat. an. 47. Polius in MS.)

JEREMIAS KUNTSCHIUS, Med. D. Reipubl. Oppaviensis Physicus.

Hoc unum curæ vere mihi, munere fungi;
Mars furat; est ægris mens mihi adesse meis.

(N. Oppolii 11. Maji An. 1558. θ. Oppaviæ 18. Octob. An. 1623. æt. an. 65. Polius in MS.)

M. JOHANNES KUTSCHEREUTER, Ecclesiæ Petro-Paulin. Lignicens. Pastor, Consistorialis, & ejusd. Ducat. Superintendens.

Hoc munus gessi, te Christe benigne vocante,
Ut veram doceam celsa sub astra viam.

(N. Ditmansdorpii, Comitat. Zollerian. major 23. Junii An. 1623. Autor. θ. Lignicii 11. Febr. an. 1667. æt. an. 43. septim. 33. d. 2. Minist. an. 18. Epitaph.)

ULRICUS KUTSCHEREUTER, Ducatuum Lignicens. & Wolaviens. Vice-Superintendens, & Eccl. Petro-Paulin. Lignicens. Pastor.

A puero mihi JHOVA fuit primaria Cura;
Cur non sim dives Gratia, Amore, Fide?

(N. Fridebergæ ad Quissum 12. April. hor. 9. mat. intr. hor. 6. & 7. mat. An. 1587. θ. Lignicii 29. Novemb. an. 1638. æt. an. 51. m. 7. septim. 2. d. 2. Ministerii an. 26. Epitaph. Orat. fun.)

HENRICUS, II. L. B. a KURTZBACH, Senior, Dn. in Trachenberg & Militsche, Consiliarius Cæsareus & Belli Præfectus.

Enthea

Enthea sustollit virtus mea facta per orbem,
Splendet & in nato vis generosa meo.

(N. Henrico, Ludovici Regis Bohem. & Hungar. Camerario, & Anna, Baronissa in Eulenberge, Parentibus. θ. Milicii 22. Jun. an. 1590. Polius in *MS.*)

HENRICUS, III. a KURTZBACH, L. B. in Wartenberg.

Rebus in humanis quod sors variabilis erret,
In nostra facile sorte videre potes.

(N. Dracomontii, Wilhelmo & Magdalena Malzania, Parentibus, 20. Mart. An. 1555. Duxit primum Helenam, Baronissam e Genere Parchvviciorum a Schiltberg. Deinde Catharinam, Ladislai Poppelii L. B. a Lobkovviz in Sbiravv, Brixen, Schliess & Königshoff, Filiam, quam reliquit in viduo thoro, una cum Filio Ladislao Julio Eusebio. Vendito Dracomontio & Prausnicio, in Ducali Monasterio ad S. Claræ Vratisl. privatim vixit, & inibi in Suburbio Elbing, apud Sigismund. Penskium, olim Notarium Prausniciensem. ϑ. 22. Martii An. 1618. ætat. an. 63. Sepult. Prausnicii. Polius in *MS.*)

JOHANNES KURTZBACH, L. B. in Trachenberg & Militsch &c. Sigismundi Herois Pater.

Me quoque conjunxit numero Natura Baronum,
In Nato nomen postera Secla legant.

(Duxit 1. Salomen, Duciss. in Majori Glogavv, Alberti Ducis Monsterbergens. viduam, 2. Christianam de Menhold &c. viduam, 3. Annam, Martini Sckorovvsky, Starostæ Posoniens. in Adelnavv & Schidlavv, Filiam. θ. Milicii 18. Maji Dominica Cantate. An. 1549. Sepult. Prausnicii. Polius in *MS.*)

SIGIS-

SIGISMUNDUS, L. B. a KURTZBACH, Dn. in Trachenberg & Militsch &c. Sereniss. Regis Hungar. & Bohem. Consiliarius & Camerarius, ut & Castri Budæ Præfectus.

Stirpis honorē cluens, quoque Martis honore cluebat;
Terra ferat similes, non feret illa pares.

(Duxit Helenam, Illustr. Pr. Friderici III. Lignicens. & Catharinæ, Ducis Mechelburg. Filiam, θ. 6. Sept. An. 1583. æt. an. 42. ϑ. Casu fortuito per Famulum Nob. Melch. a Lessel, commisso & prorsus miserando, in castro Leuringæ Comitat. Leyningens. 31. Decembr. horis matut. An. 1579. Sepult. Prausnicii. In dextro pede sex habuit digitos. Polius in MS.)

WILHELMUS, Henr. III. Pater, a KURTZBACH, L. B. a Trachenberg & Militsch &c. Dominus in Trum & Lembergk, D. Maximil. II. Rom. Imp. Consiliarius, & Cameræ Imperialis Silesiacæ Præfectus.

Militiæ Pacisque decus Kurtzbachius heros,
Magna salus Patriæ, Præsidiumque, fuit.

(N. Mens. Sept. An. 1525. Duxit Magdalenam Malzaniam Baronissam in Wartenberg. θ. Wratisl. in burgo Cæsar. 1. Febr. An. 1567. ætat. an. 42. off. an. 3. Sepult. Prausnicii. Ex Martin. Hoffmanno, Nic. Polius in MS.)

M. CASPARUS, M. Christiani Pater, KYFERTUS, Gymnasii Goldbergens. Rector.

Sit licet in Scholico pistrinum pulvere volvat
Rector hic; in nato gaudet, ovatque, suo.

(Clar. ed. Scriptis. ϑ. Goldbergæ 16. Nov. an. 1583. Epitaph.)

M. CHRISTIANUS KYFERTUS, Theologus Palatinus, Eccles. Edencovian. in Hung. Minister.

Quid morer in mortis densam me condere noctem
Mars furit, & vastum vastat ubique solum.

 (N. Gold-

(N. Goldbergæ. θ. An. 1622. æt. an. 46. circit. Henelius.)

ANDREAS LADENBACH, U. J. D. & felix in Patria Practicus.

Sit sua laus Coo, Stagiritæ, Tullio, Homero;
Cum Baldo & Balbo vivere dulce mihi est.

(N. Vratisl. 13. Mart. An. 1565. θ. ibid. 6. Junii An. 1616. ætat. 51. Polius.)

MATTHÆUS LAMBERTUS, Fraustadio-Sil. V. J. D. Eccl. Cathedral. Vrat. Canonicus.

Quæ collecta mihi bona sunt, dum vita manebat,
Post mortem studiis, pauperibusque, dedi.

(θ. Vratisl. 20. Januar. An. 1552. æt. an. 75. ex Epitaph. Suevus & Polius.)

ADAMUS LANDECK, Ecclesiæ Cathedralis Vratisl. Decanus & Canonicus.

Qui Canonum Mystes quondam venerandus ovabat,
Deposuit matri debile carnis onus.

(θ. Vratisl. 24. Dec. An. 1600. æt. an. 69. sed. an. 40. ex Epitaph. Henelius.)

CASPARUS LANDSHUTTER, Reip. Vratislav. Senator Primarius.

Vin' Custos Legum Patriæque vocarier oræ?
Ad vitam confer nominis orsa mei.

(N. 21. Jun. horis matut. An. 1554. θ. Vratisl. 18. Mart. An. 1624. æt. an. 70. Polius in MS.)

JOHANNES LANDHOLTZ, U. J. D. in Acad. Francofurtens. P. P.

Sint, qui corrumpant & res & Jura clientum,
Integritas recti me decet, atque decus.

(N. Monsterbergæ. Flor. An. 1514. & C. E. S. Trithem.)

JULIUS LANDUS, Placentia-Italus, Ecclesiæ Cathedralis Vrat. Decanus & Canonicus.

Et Charites Veneresque suas, dum vixit, amavit
Landus, an a Charisin sit procul ille, putes?

(θ. Vratisl. 16. Nov. An. 1605 ex Epitaph. Nic Polius.)

M. MARTINUS LANGÆUS, Monsterberga-*Sil.* Gymnas. Elisabet. Vratisl. P.P.

Æquivalens reddi queat an, Langæe Magister?
Non tamen est meriti laus reticenda tui.

(θ. Wratislav. 30. Julii An. 1596. ætat. an. 59. off. Schol. 27. Polius.)

ERNESTUS LANGE, a Langenhoff, in Taschenberg, U. J. D. Com. Palat. Cæs. Sacr. Cæs. Mtis & Illustriss. PPrr. Olsnens. Consiliarius.

Eurynome cum Phradmosyne me duxit in Aulam;
Dirigat hoc factum, qui regit omne, Deus.

(N. Olsnæ 21. *M*aji An. 1592. θ. Vrat. ipso die natali 21. *M*aji An. 1632. æt. an. 40. Program.)

BALTHASAR LANGE, JC. Ducat. Wolaviensis Syndicus Provincialis.

Perstitit in Themidos vigil ingeniosus arena,
Qua duce promeruit laudis aroma vigens.

(N. Haynæ 13. Nov. An. 1594. θ. Vratisl. apoplexia 23. *M*aji An. 1642. æt. an. 48. curr. off. 19.)

VALENTINUS LANGEHANS, Scholæ Saganens. Patr. Rector, Poeta.

Carmina docta canens, ne cessa, docte Poeta;
Elysios inter te quoque Fama manet.

(N. Sagani 4. Febr. An. 1566. Bilovius. Clar. ed. Script.)

JOHANNES GEORGIUS a LANGENAW, in Dobritschavv, Illustriss. Pr. VVürtembergico-Olsnensi a Consiliis, & ejusdem Ducatus Capitaneus.

Exemplo monstrante Dicen reverenter habebam,
Consiliisque stetit faustiter Olsna meis.

(*N.* in agro Birgsdorff, Districtus Crucebergens. 1. Decemb. An. 1591. *θ.* in Secessu suo Dobritschavv, 2. Julii An. 1666. æt. an. 75. current.)

JOHANNES a LANGENAW, in Dobritschavv, Illustriss. Pr. Olsnens. Consiliarius, & Districtus Berolstadiens. Capitaneus.

Ut potui, juvi bona publica, privaque passim,
Et satur hinc annis, officioque, fui.

(*θ.* 28. Januar. An. 1629.)

GEORGIUS LANGENICKEL, Goldberga-Sil. Ecclesiæ Hirschbergensis Pastor Evangelicus.

Lux Evangelii, Jano Cursore, suborta est;
Me verna, vestro splenduit illa choro.

(*N.* Goldbergæ. *θ.* Hirschbergæ 17. Jan. An. 1531. *M*inisterii an. 7. Polius in *MS.*)

FRANCISCUS, Francisc. Fil. LANGER, JC. Illustriss. Pr. Berolstadiens. Consiliarius.

Nonne Themistos honor, Phœbi decus atque monetæ
Langer erat? Famæ nomina longa trahens.

(*N.* mens. *M*ajo An. 1599. *θ.* Wratisl. 10. Julii An. 1650. intr. hor. 11. & 12. noctis. æt. an. 51. Programm.)

M. JOHANNES LANGER, Ecclesiæ Ducalis Coburgensis Pastor, & reliquar. Inspector ac Superintendens.

Theulogia celebris, celebris prosaque, metroque;
(Ut taceam Linguas,) hic & ubique fuit.

(*N.* Bolckenhainæ, Flor. An. 1494. sub Imp. Maximil. I. Gualter. C. E. S. Gesner. *θ.* Coburgi 15. Septemb. An. 1548. *M*inisterii an. 20. Successit ei *M*aximilian. *M*orlinus. Pol. in *MS.*)

FRAN-

FRANCISCUS LANGERUS, U. J. D. Reip. Wratisl. Scabinographus.

Nî te mancipium Themis Eurynomeque tenerent,
Clejo te Phœbum diceret hercle ſuum.

(*N.* Niſſæ 26. April. An. 1565. *θ.* Vratisl. 22. Octob. An. 1622. ætat. an. 58. off. 26. Succeſſit ei Thomas Schröer, Advocat. Jurat. Pol. in *MS.*)

ANDREAS LANGIUS a Langenavv, prius Reipubl. Carnovienſ. Syndicus, deinde Illuſtriſſ. PPrr. Ligio-Bregenſ. Conſiliarius, & Illuſtriſſ. PPrr. & Stat. utriusque Sil. Syndicus.

Quid Themis absque fide? fidus JHOVÆque, Ducique
Et Patriæ, vita dum fruitabar, eram.

(*N.* Niſſæ 7. *M*aji S. *N.* An. 1580. *θ.* Bregæ 13. Dec. h. 4. veſp. An. 1657. æt. an. 78. curr.)

M. AMBROSIUS LANGIUS, Eccleſiæ Landishuttanæ Paſtor.

Langius edoctus ſacri prius enthea verbi,
Landeshuttanos nunc docet euge! ſuos.

(Clar. ed. Scr. An. 1602.)

GEORGIUS LANGIUS, Havelberga-Marchicus, Muſicus excellens.

Langius Orlandi modulandi proximus arte,
Orlando haut diſpar laudis aroma meret.

(Clar. ed. Scr. Draud. *θ.* Vrat. in Xenodochio ad D. Hieronym. manibus, pedibusque contractis, 1. *M*aji An. 1587. Polius.)

HENRICVS LANGIVS, prius Reip. Sprottavienſ. Notarius, deinde Olavienſ. Senator & Conſul.

Virtus Pieridum, Aſtrææ quoque, Langius audit,
Et movet hinc molli pectora dura manu.

(N. Strelæ. ♃. Olaviæ 20. Julii An. 1633. off. an. 3.)

JOHANNES LANGIUS, Phil. & Med. D. V. Electorr. Palatinorum Archiater.

Neccariæ Archiatrum me Slesias edidit Aulæ;
Scripta Sophum & Medicum non peritura probant.

(N. Leobergæ, ex familia Medicinæ cultoribus clara, menſ. Junio An. 1485. Boiſſard. Clar. ed. Scr. plur. Geſner. Draud. ♃. Heidelbergæ 21. Junii An. 1565. ætat. an. 80. Melch. Adam. Buch. Thuanus.)

JOHANNES LANGIUS a Langenheimb, natione Marchicus, Phil. & SS. Th. D. Com. Pal. Cæſar. Protonotarius Apoſtolicus, Eq. Aurat. Civis Rom. P. L. Cæſ. & Eccleſ. Major. Glogov. Canonicus.

Argolicam, Latiamque chelyn pulſare ſecundus
Langius; a primo proximus eſſe poteſt.

(♃. Glogoviæ An. 1624. æt. an. 74. M. Chriſtian. Theod. Schöeſſerus in illius Icone.)

JOHANNES LANGUS, U. J. D. Epiſcopi VVratisl. Cancellarius, deinde DD. Impp. Rom. Ferdinandi & Maximiliani Conſiliarius, Orator & Poeta.

Eſt Nazanzenus Latio mihi carmine verſus,
Calliſtum docui Romuleo ore loqui.

(N. Freiſtadii in Ducat. Teſchin. An. 1503. Clar. ed. Scr. Geſnerus. Prius fuit Rector. Scholarr. Goldbergenſ. & Niſſenſ. deinde Reip. Suidnicenſ. Syndicus. Pro verſione Nazianzeni Græc. in Latin. à D. Imp. Rom. Ferdinado 500 florenos Hungar. dono accepit. Polius in MS. ♃. Suidnicii 25 Aug. An. 1567. ætat. an. 64. m. 5. d. 8. Mel. Adam. ex Epitaph. Thuanus.)

M. VVENCESLAUS LASSOTINUS de Thoſt, Eccleſ. Cathedral. VVrat. Theſaurarius, ut & Olomucenſ. & Glogovienſ. Canonicus.

Suada benigna mihi fuit, usque benigna Pronœa,
In cerebro coëunt pars utriusque meo.

(♃. VVra-

(θ. VVratisl. 29. Januar. An. 1560. ætat. an. 76. Epitaph.)

BASILIUS LATOCHIUS, Ord. Cruciferorum cum Rubeâ Stella per Polon. & Silesſ. Ecclesiastes Germano-Polonus.

Nomine Basilicus, sed re fuit iste minister,
CHRISTE, bonus, docuit verbi elementa tui.

(N. Ratiboriæ. θ. Olaviæ An. 1560. Samuel Latochius Secundus.)

SAMUEL LATOCHIUS Secundus, Cognomento Sommerheld, P. L. & Pastor Cygneus.

Vatem me fecit fatum, non ordo, secundum;
Conscius haut primi, metra secunda cano.

(N. Bregæ, Sabbatho Pentecostes, An. 1560. Clar. ed. Scr. Vixit An. 1605. æt. an. 45.)

M. MELCHIOR LAUBANUS, P. L. prius Gymnas. Goldbergens. deinde Dantiscani, denique Ducalis Bregei Rector.

Laubanus Lyricos inter Dictator habetur;
Flacce lyram cohibe; Dux magis esse nequis.

(N. Sprottaviæ 10. Decemb. An. 1567. Calagius. Clar. ed. Scr. θ. Bregæ 1. Maji An. 1633. æt. an. 65. septim. 20. d. 1. Orat. fun.)

M. MARTINUS LAUDANUS, Gymnasii Mar. Magdalen. Patrii Con-Rector.

Formandis animis natum te Fama ferebat;
Fata reformatum te super astra locant.

(θ. VVratisl. in Patria 13. Januar. An. 1622. Nic. Polius.)

CASPARUS LAUDISMANNUS, Illustr. Principis Bregens. Consiliarius.

Seria cum salibus, speculo cum Noctua abito;
Laudismannus habet quod recreare potest.

(N. Goldbergæ mens. Augusto An. 1552. Clar. ed. Scr. θ. Olomucii in sum-

in ſummis anguſtiis menſ. Septemb. An. 1621. æt. an. 69. Pol. in MS.)

GEORGIUS, Sebaldi Pharmacopœi Frater, LAUREA, Med. D. Statuum Moraviæ Medicus Provincialis.

Jam mihi crediderat Laurumque & Pharmaca Phœbus,
Cum rigidæ rapit heu! me ira, metusque necis.

(N. Wratisl. 5. Decemb. An. 1565. ϑ. ibid. 27. Mart. An. 1603. æt. an. 38. curr. Polius in MS.)

SEBALDUS LAUREA, Pharmacopœus VVratislav. Medicinæ Candidatus.

Pharmaca quo facias Meditrina Sebalde volebat;
Cur non a Phœbo diceris eſſe ſatus?

(N. Wratisl. 2. Maji An. 1559. θ. ib. hor. 9. veſp. 17. Julii An. 1626. æt. an. 67. Polius in MS.)

LAURENTIUS I. Epiſcopus VVratislavienſis XX.

Corporis atque animi fuit ingens viribus iſte,
Hedvvigis Divæ Fata coævus agens.

(Electus 2. Febr. An. 1208. Confirmatus ab Henrico, Archi-Epiſcopo Gneſnenſe, An. 1222. Sub Pr. Henrico belligeravit cum Boruſſis. An. 1229. in Conventu publico, Cracoviæ habito, ne quidem Epiſcopo Loci, Ivoni, cedere maluit. θ. Preichaviæ Diſtrictus Steinavienſis, ex nimio roſarum odore correptus, 9. Julii An. 1232. Sepultus Leubuſii. Sedit an. 14. Polius in MS. Curæus.)

M. VALENTINUS LAURENTIUS, prius Schol. Strelenſ. Patr. Rector, deinde Curiæ ibid. Senator.

Me ſchola Rectorem, Collegam curia legit;
Annon hæc Sophiæ gloria magna meæ eſt.

(N. Strelæ, Valentino & Hedvvige Arnoldia, Parentibus, 31. Jan. An. 1557. Calagius. θ. in Patria menſ. Junio An. 1620. ætat. an. 63.)

HER-

HERMANNUS LEFFGE, a Roitgen, in Bogenavv, olim in Acad. Colon. Agripp. Poëſ. P. P. deinde Cancellarius Epiſco-palis Niſſenſis, denique Sacr. Cæſ. Mtis & ſupremæ Curiæ per utramque Sileſ. Conſiliarius.

Verſibus a Cyrrha fluitantibus iſte triumphat,
A Themide una etiam ſuave nöema ferens.

(N. menſe Majo An. 1610. θ. Wratisl. 9. Julii A. 1667. æt. an. 57. curr.)

M. VALENTINUS LEO, prius Eccleſ. Namslavienſ. deinde Illuſtr. Pr. Olsnenſis Paſtor Aulicus & Oppidanus, ejusdemque Ducatus Superintendens.

Rugiat infernus Leo contra, & frendeat orcus!
Pavi ego, de Juda quos Leo ſolvit, oves.

(Diſceſſit Namslavia Francoſteinium 2?. Febr. An. 1559. θ. Olsnæ 6. Octob. An. 1591. æt. an. 71. Miniſt. 41. Succeſſit ei Melch. Eccardus, Sigism. Suevi Gener. Nic. Polius in MS.)

LEONHARDUS I. Roma Italus, Epiſcopus Wratislavienſis V.

Et pius & caſtus fuit hic & ſobrius usque;
Vita iſthæc debet Præſulis eſſe boni.

(θ. Febri quartana An. 1045. Sedit an. 9. Polius. Curæus.)

M. JOHANNES LEONHARDVS, prius U. J. Practicus & Advocatus Wratislaviæ, deinde Reip. Gurenſ. Notarius.

Belgia me genuit, docuit Sophia atque Themiſta;
Bresla torum atque forum; Gura necem tribuit.

(N. Antverpiæ, Johanne, Chirurgo, & Anna Roſea, Parentibus, 24. Octob. An. 1548. Calagius. θ. Guræ.)

LEOPOLDVS, Caroli Fil. Archi-Dux Auſtriæ, Epiſc. Argentinenſ. Paſſavienſ. Olomucenſ. & VVratislavienſis.

 Abſce-

Abſcedens ara Præſul Leopoldus ad arma,
Auſtriacæ geſtit geſta animare Domus.

(N. Grätii in Stiria 29. (9. Calagius.) Octob. S. N. hor. 10. a. m. An. 1586. Bucholc. θ. 3. Septemb. An. 1632. æt. an. 46.)

LEOPOLDUS GULIELMUS, D. Ferdinandi II. Rom. Imp. Fil. Archi-Dux Auſtriæ, Epiſcopus Argentinenſ. Paſſavienſis, Olomucenſis & Wratislavienſis.

Abſcedens armis Leopold-Gulielmus ad Aram
Accitus, implet ſolis utramque Domum.

(N. Neoſtadii in Auſtria 6. Januar. intr. hor. 11. & 12. noctis, An. 1614. Electus Epiſcopus VVratisl. 3. April. an. 1655. ϑ. Viennæ in Auſtria 20. Nov. h. 5. mat. an. 1662. æt. an. 48.)

ELISÆUS LESCHIUS, Phil. & Med. D. Practicus apud VVratisl. eximius.

Pergameo & Coo Paracelſum jungere fas ſit;
Hanc telam eſt genio texere cura meo.

(N. Guræ, Martino, Paſtore Guravienſ. & Anna Grechvvicia, Cracovienſ. Parentibus, 4. Auguſt. hor. 4. pomerid. An. 1572. Calag. ϑ. VVratisl. 29. Januar. an. 1617. ætat. an. 45. Polius in *MS.*)

MARTINUS, D. Eliſæi Pat. LESCHIUS, Eccleſiarum Gurenſis & Stroppenſ. Paſtor.

E morum tenebris mihi credita corda reduxi;
CHRISTus erat baculus; lux mihi Biblis erat.

(ϑ. 17. Decemb. An. 1614. ætat. an. 71. Miniſterii an. 46. Polius in *MS.*)

GEORGIUS LESSOTA, a Stablavv, U. J. D. Illuſtr. Pr. Ligio-Bregenſ. Dn. Georgii &c. Conſiliarius & Cancellarius.

Me generis ſplendor, me virtus clarat & artes;
Principis his merui munia ſumma mei.

(θ. Bregæ 22. Maji An. 1572. ætat. an. 55. Consiliar. & Cancellar. an. 28. Henelius & Polius in MS.)

JOHANNES LETSCHIUS, Ecclesiæ Parochialis Bregens. Pastor, & Presbyterii Senior Primarius.

Damna facesque animæ exstinguo medicante cruore
Salvifici Medici; sicne Minister ovo?

(N. Egræ Nariscor. Johanne, cive Egrano, & Anna Starchia, Parentibus, 25. Maji hor. 2. matut. A. 1603. θ. Bregæ 26. April. An. 1664. æt. an. 60. mens. 11. d. 1. Minist. an. 36. mens. 5. Johan. Bapt. Schvvopius in Conc. fun.)

JEREMIAS LEUBSCHERUS, U. J. Pr. Curiæ Bregens. Patr. Prætor.

Credita Leubschero Prætoria cura; severæ
Quippe prius Themidos fidus alumnus erat.

(N. Bregæ 9. Januar. A. 1568. θ. ibid. 3. Julii A. 1650. ætat. an. 82. mens. 5. d. 10.)

JOHANNES a LEUDERODE, Phil. & U. J. D. Ecclesiæ Cathedralis VVratislaviensis Custos & Canonicus.

Dicendo lentus, Canonas cantando peritus,
Juris & insignis cognitione fuit.

(θ. VVratisl. 10. Octob. sub nocte A. 1665. æt. an. 68.)

GEORGIUS LEUSCHNERUS, Juris U. peritus, Reip. Bregens. Senator, & Gymnasii ibid. Ducalis Præses.

Excoluit Themidos simul hic & Apollinis arva;
Aut fuit, aut nunquam fit bonus Agricola.

(θ. Bregæ 18. April. A. 1609. æt. an. 59. Laubanus ex Epitaph.)

TOBIAS LIBALDUS, Hernstadio-Sil. Ph. & Med. D. ut & P. L.

Notitiam florum, Sophiæ abdita, mystica Hygejæ,
Musarumque mele docta Libaldus habet.

 (θ Wra-

(θ. Wratisl. peste 18. Sept. An. 1633. ætat. Sexagenario major. C. E. Methodo docendi Pueros A. 1617. Bregæ.)

M. ADAMUS LIBIGIUS, prius Pædagogii Bethaniensis Rector, deinde Pastor ibid. & Gymnas. Inspector.

Quod potuit teneræ dedit hic hucusque Juventæ;
Nunc Templis parili dat sua quæque modo.

(N. Sprottaviæ 20. Sept. An. 1578. Vixit A. 1628. æt. an. 50. θ. A. 1637. Heinoviæ. Regenvolscius.)

JOHANNES LIEBE, Illustriss. Pr. Olsnens. D. Caroli, Consil. & Secretarius.

Me Ducis Olsnensis secreta negotia clarum
Aoniis addunt non sine laude viris.

(N. Mülburgæ Misn. Johanne, & Anna Haugeria, Parentibus, 5. Januar. An. 1559. Calagius. θ. Olsnæ 16. Octobr. A. 1616. æt. an. 57. off. an. 34.)

JONAS LIBINGUS, prius Ecclesiar. Goldbergens. & Leobergens. deinde Marianæ in Patria Pastor.

Ambrosiam, cœlesque datas tu Nectar ab ore;
Infundit tales vis tibi dia salus.

(N. Lignicii θ. ibid. in Patr. 2. Januar. An. 1607. ætat. an. 76. Epitaph.)

FRANCISCUS LICHETUS, Ordinis S. Bernhard. Generalis Minister.

Si Francisce tibi constat mens conscia recti,
Cur lucem fugis, & rasa tegis capita?

(Wratislaviam ingressus 8. Sept. A. 1520. Clar. ed. Scriptis. Draudius. θ. Periit haut procul a Glacio, in fluvio Nissæ 26. Junii A. 1522. Pol. in MS.)

GEORGIUS a LINCK, in Bettlern, U. J. D. & Sacr. Cæs. Mtis Consiliarius.

Litigia

Litigia aversor, quanquam Patronus eorum;
Ut dirimam licito scilicet illa modo.
(N. Goldbergæ mens. Martio An. 1595. θ. Vratisl. 16. Mart. hor. 5. matut. An. 1645. æt. an. 50.)

GEORGIUS ERNESTUS a LINDEINER in Schleibiz, Ducatus Olsnensis Syndicus Provincialis.

Si decus est servisse Duci, Patriæque; manebit
Et Genii & Generis lausque decusque mei.
(N. in agro Schleibiz, Olsn. Ducat. die Martini An. 1592. θ. ibid. 19. Febr. An. 1658. æt. an. 66. curr.)

CHRISTOPHORUS LINDNERUS, Pastor in Saltzborn.

Sacra mihi curæ semper, Phœbique Deique;
Penna illum, hunc lingua, mente animoque colo.
(N. Suidnicii 16. Sept. An. 1561. Clar. ed. Scr. ϑ. in Patr. 12. Mart. An. 1632. æt. an. 71.)

HENRICUS LINDNERUS, Philosophus, Philologus & Poeta.

Es gravis, es suavis versu, Lindnere, polito;
Rectius a Lauru dicere, quam Tilia.
(N. Suidnicii 13. Maji An. 1572. Clar. ed. Scr. ϑ. Vrat. 12. Febr. an. 1617. æt. an. 45.)

JOHANNES LINDNERUS, Juris Consultus, Philologus & Poeta.

A Tilia quicunque dedit tibi Nomen, aberrat;
A Lauru dici te tua metra volunt.
(*N.* Suidnicii 29. Octob. An. 1567. vixit Glogoviæ 21. *M*art. an. 1611. æt. 44.)

NICOLAUS LINDNERUS, Ph. & *M*ed. D. Practicus apud Vratislav. feliciss.

Lindnerum celebrem Medicum Bresla incluta jactet;
Artis id, & gratæ Posteritatis opus.
(θ. Wratisl. 8. Junii An. 1511. ex Epitaph. Nic. Polius.)

PAULUS LINDNERUS, Pastor in Leutmansdorff, prope Suidnicium.

Pro grege commisso tulit hic pia vota, precesque;
Integer ut vita, sic catus ore docens.
(θ. in Pastoratu suo An. 1598. æt. an. 74. Minist. an. 40.)

PAULUS CHRISTOPH. LINDNERUS, Illustriss. PPrr. Ligio-Bregens. & VVolaviens. Consiliarius & Secretarius.

Pegasidum Clarios e fonte bibisse liquores
Quam sit dulce, tuo Deigmate, Paule, refers.
(N. in pago Saltzborn, Patre Christophoro, Pastore loci, 17. Jan. An. 1606.)

TOBIAS LINDNER a Grünayche, in Romberg, Reip. Vratisl. Senator.

Si commune bonum bonus est vir, ut Etymon infert;
Hercule te talem nomine, reque probas.
(Electus mens. Martio An. 1587. θ. Vratisl. 14. Mart. an. 1611. æt. an. 62. off. an. 24. Pol. in MS.)

JOHANNES LININGIUS, al. Leuning, U. J. D. Illustriss. Pr. Bregens. Consiliarius, & Diœces. Olaviens. Capitaneus.

Consiliis gavisa meis est Principis Aula;
Floruit auxiliis Ola polita meis.
(θ. Bregæ 8. August. An. 1557. æt. an. 64.)

JOHANNES LININGIUS, prius Znoymæ Moravorum, deinde Schol. Ducalis Olsnensis Rector, Historiographus.

Quot menses, mihi tot sunt scripta volumina in annum;
Ne promam historias, mors inopina facit.
(N. Strelæ, Johanne, & Elisabetha Meisneria, Parentibus, 13. Decembr.

cembr. An. 1566. Calagius. C. E. S. &. Vrat. 18. April. An. 1616. æt. an. 50. Nic. Polius in *MS.*)

JOHANNES LIPENIUS, Ecclesiæ Glogovienſ. Major. Paſtor & Senior.

Ad Genium genitum me Gloga profeſſa Philippi;
Prognatum civem, Croſna polita gemit.

(N. Croſnæ 9. Junii An. 1548. *θ.* Glogoviæ 10. Jan. an. 1621. ætat. an. 73.)

NICOLAUS LIST, Juris Conſultus.

Mi ſtrepitu ſine vita placet, ſine lite quieta,
Sunt tamen illicium Muſa, Themisque meum.

(*N.* Vratisl. m. Jan. An. 1570. *θ.* in Ducatu Glogovienſ. an. 1618. æt. an. 48.)

NICOLAUS LITWITZ, Biſchvvicio-Sil. Ord. Auguſt. Regular. ad D. Mariæ Vrat. in arena Abbas.

Sim licet exiguis ad celſa vocatus ab oris,
Doctiloquo tamen heic præditus ore cubo.

(*θ.* Vrat. 8. Nov. An. 1539. Succeſſit ei Dominicus Gothardus, Præpoſitus Zobtenſ. Pol. in *MS.*)

FRIDERICUS LOCHNERUS, N.P. Cæſ. Reip. Norinbergenſi ab Expeditionibus.

Inſerviſſe rei patriæ non ultima laus eſt;
Major ab ingenio quæ venit, eſto mihi!

(*N.* Olsnæ 10. Auguſt. An. 1602. Vixit menſ. Octobr. an. 1662. æt. 60.)

M. MARTINUS LODE, Gymnaſii Mar. Magdalen. Wratislav. Con-Rector.

Ad ſophiam duxi Juvenes, genioque notavi,
Quæ ſint cum Latiis congrua Graja ſonis.

(*θ.* Vra-

(θ. Vratisl. 3. Januar. An. 1622. ætat. an. 30. Polius in *MS.*)

M. NICOLAUS LOEBEL, Reipubl. Wratislavienſ. Senator.

Me sophiæ fecit Viteberga polita Magiſtrum;
Bresla Senatorem; Parca Tyranna nihil.

(Electus, menſ. Febr. An. 1512. θ. Vrat. 17. *Nov.* an. 1531. off. an. 19. Polius in *MS.*)

CASPAR a LOGAW, Eq. in Ducatu Suidnicenſ. Sil. Epiſcopus Wratislavienſis, D. Ferdinando, Rom. Imp. chariſſ. Supremæ Præfecturæ per utramque Sileſiam Capitaneus.

Natus Eques, Vatesque bonus fit Epiſcopus, arte
Omnimoda excellens & pietate Logus.

(Elect. 16. Febr. Confirmatus 12. Maji An. 1562. Sigm. Suevus. ϑ. Wratislav. 4. Junii An. 1574. Die 14. Junii, ſub feſto Corporis Chriſti, exuviæ Niſſam translatæ ſunt. Sedit an. 12. Polius in *MS.*)

FRIDERICUS a LOGAW, Illuſtriſſ. Pr. Ligio-Bregenſ. Conſiliarius.

Teutonis ad genium formas tua metra Catulli,
Hinc & Virtutis par tibi ſurgit epos.

(*N.* menſ. Junio An. 1604. Clar. ed. Poemat. Germanic. ſub nomine Salomonis a Golavv. θ. Lignicii 25. Julii an. 1655. æt. an. 50. ſept. 26. Epitaph.)

MATTHÆUS a LOGAW & Altendorff, Ducatuum Suidnicenſ. & Javorienſ. Capitaneus, & Camer. Imp. Sileſiac. Præſes.

Prudenter Divi dum Cæſaris Acta gubernas,
Eveniunt Generi nomina clara tuo.

(ϑ. Javoriæ in Burgo 2. Martii An. 1593. ætat. an. 58. Polius in *MS.*)

MAR-

MARTINUS a LOGAW, Eq. Silef. SS. Theol. D. prius Academ. Lipsienf. P. P. deinde Abbas Cellensis.

Sunt mihi majorum prælustria Stemmata laudum;
Sed mage Bernhardo structa Sacella Patri.

(Flor. An. 1514. & C. E. S. Maximis impensis novis structuris D. Bernhardi Lipsiæ Collegium. Trithemius.)

GEORGIUS LOGUS ad Schlaupitium, Eq. Silef. U. J. D. Com. Palat. & Consiliarius Cæsareus, Canonicus Wratisl. & ad S. Cruc. ibid. Præpositus.

Quæ Logus exhibuit, suavi sunt tincta lepore;
Pythius haut secus & Thespia turba canunt.

(Egregium ejus Carmen Vratislaviæ laudibus dicatum v. apud Henel. Breslogr. p. 7. v. Langii Præf. ad Niceph. p. m. 6. & post hanc Logi Carmen. Jovius vocat inclytum Poetam & sodalem suum in Elog. p. m. 224. Clar. ed. Scr. Gesnerus. Draudius. θ. Schlaupicii 11. April. An. 1553. æt. an. 68. ex Epitaph. S. Suevus.)

VINCENTIUS LONGINUS, P. L. ut & Philosoph. & Med. D.

Cantat Amor, saltant Dryades, Venus aurea ridet,
Cum grave dulciloquo pectine ludis epos.

(N. Freistadii. Flor. An. 1500. Forsterus. Clar. ed. Panegyri Vienn. in Austria 1. Febr. An. 1502. Polius in MS.)

PETRUS LOSLOVIUS a Lossavv, Eccles. Cathedr. Vrat. Cantor & Canonicus.

Æternæ si certa Canon fert præmia Vitae,
Ad Canonas vixi, mortuus ad Canonas.

(θ. Vrat. 8. April. An. 1606. æt. an. 39. Epitaph.)

GEORGIUS LOXANUS, Silesius, Eq. Aurat. D. Ferdinando, Roman. Imperat a Consiliis & Epistolis.

Natus amare mele, doctisque favere Poetis;
Nunc, LucI, Musis, & Loge, vivo tuis.
(Flor. An. 1521. Nic. Henelius.)

M. MARTINUS LUCANUS, prius Scholæ Suidnicens. Rector, deinde Eccl. ibid. Pastor.

Inservisse labor meus est Temploque, Scholæque;
In Cœlis merces posta corona mihi est.
(♃. Suidnicii 1. Mart. An. 1561. ætat. an. 99. mens. 3. d. 6. Epitaph.)

M. JOHANNES LUCAS, Illustriss. Gymnasii Bregei Rector.

Bregeis audis merito Præfectus Athenis,
Istud ad officium mensque, manusque, quadrat.
(N. Olaviæ 7. Jan. An. 1602. θ. Bregæ 13. Dec. An. 1673. æt. an. 71. m. 11. d. 6. off. 46.)

CASPAR LUCK a Boguslavviz, U. J. D. Illustriss. Pr. Monsterberg. Consiliarius.

Jura mihi multos primum peperere labores;
Nunc Famæ pariunt nomina clara meæ.
(N. Olsnæ Laurentio, & Margaretha Heintzia, Parentibus, 13. Maji An. 1568. Calagius. Vixit 6. Maji An. 1627. æt. an. 59. ed. Epigram.)

LAURENTIUS LUCK a Bugoslavviz, Phil. & Med. Doctor.

Dum sequor & Sophiæ doctas & Apollinis artes,
In Latio titulum consequor & tumulum.
(N. Olsnæ Laurentio, & Dorothea Scharffia, Parentibus, 26. August. An. 1557. Calagius. ♃. in Italia mens. Nov. an. 1586. æt. an. 29. Polius in MS.)

SIMON

SIMON LUCK, a Bugoslavviz, D. Rudolph. Rom. Imp. in Aula Cæſ. Pragenſ. Secretarius, Regiſtrator & Taxator.

Me Pietas, me cana fides, rectumque, bonumque
Commendant Aulæ, Dive Rudolphe, tuæ.

(N. Olsnæ Laurentio & Dorothea Scharffia, Parentibus, 1. Febr. An. 1556. Calagius. θ. Viennæ Auſtr. febri maligna 11. Jan. an. 1613. æt. an. 57. off. 35. Polius.)

LUCILIUS I. Italus, Epiſcopus Wratislavienſis, IV.

Simplicitate pia mihi credita pectora ducens,
Damnavi Cleri ſtupra nefanda mei.

(θ. Podagra & ſenio fractus An. 1036. Sedit an. 9. Polius in *MS.*)

M. LAURENTIUS LUDOVICUS, Scholæ Gorlicenſis Rector.

Et Sophiæ & Phœbi myſteria cuncta notaram,
Rectorem hinc petiit Luſatis alma ſuum.

(*N.* in agro Leobergenſium Sibelonio 8. Auguſt. An. 1536. Gualter. El. Reuſn. C. E. S. Draud. θ. Gorlicii 15. April. hor. 4. pomerid. An. 1594. æt. an. 57. menſ. 7. d. 28. off. 30. an. Melch. Adam. ex Bucholc. Nic. Polius in *MS.*)

LAURENTIUS LUDOVICUS, P. L. Curiæ in Patria Advocatus Ordinarius & Provincialis.

Me vatem lacrumæque meæ, Laurusque docebunt;
Lumen Adraſteæ me Themis alma docet.

(N. Lignicii, Valentino, Brandeburg-Marchico, & Anna Monhauptia, Lignicenſ. Parentibus, 11. Dec. An. 1574. Andr. Calagius. Clar. ed. Scr. θ. in Patr. 21. Nov. an. 1615. ætat. an. 41. Epitaph.)

M. NICOLAUS LUDOVICUS, Scholarum Suidnicenſ. Glogovienſ. Freiſtadienſis, & denique Lignicenſis Rector.

Dia Poetifici me nutriit aura caloris;
Hinc eſt in numeris tanta faviſſa meis.

(N. Glogoviæ Bartholomæo, Senatore, & Magdalena Veſeneb-gia, Parentibus, 6. April. An. 1550. Andr. Calagius θ. Lignicii 27. Junii An. 1617. ætat. an. 67. menſ. 4. off. an. 44. Orat. fun.)

VALENTINVS LVDOVICVS, Scholæ Ducal. Lignicenſ. Collega, Poeta & Notarius Publicus Cæſareus.

An quia non Laurus, non vates? Tu ſecus eſſe
Argutis Meleſin, mi Ludovice, probas.

(N. Sprottaviæ 16. Sept. An. 1576. θ. Lignicii 26. Febr. An. 1630. æt. an. 54. off. 28. C. E. S. Keſelerus.)

GABRIEL LVTHERVS, V. J. Licent. Sereniſſimo Electori Brandeburg. a Conſiliis Aulicis, & Cameræ Judicialis Adſeſſor.

Inſerviſſe Duci fuit ima & prima voluptas,
Altera Pegaſeas conciliaſſe deas.

(N. in agro Putſchkavv, Ducat. Suidnicenſ. 6. Sept. An. 1612. Vivit h. an. 1673. æt. an. 61.)

MATTHIAS MACHNERVS, Reipubl. Wratisl. a Latinis Expeditionibus, & Judicii Orphanorum Notarius.

Munus Epiſtolicum mihi credidit alma Budorgis,
Eſt mea Conſeſſui non reprobata fides.

(N. Javoriæ in agro Poſchvvizenſi 23. Febr. An. 1598. θ. Vratisl. 14. Julii An. 1662. ætat. an. 64. ſeptim. 20. d. 2. off. Cancell. 25. Notariat. an. 20. v. Gebhardi Machnero-Mnema.)

MAGNVS, I. è Familia Zaremborum, Illuſtriſſ. Pr. Boleslai Cancellarius, e Canonico Vratislav. & Cracovienſ. Epiſcopus Vratislav. XIII.

Doctus

Doctus multa, mei didici ut ditescere possent;
Alta, quibus natus, mens petere una fuit.

(Elect. An. 1141. ♃. febri quartana An. 1146. Sedit an. 5. Curæus. Polius.)

MARTINUS MAGNUS, Silesius, Reipubl. Nislensis Consul.

Nomine magnus eram, sed cives maximus inter;
Me quia formarat Pallas acuta Sophum.

(♃. Pleurisi 28. Mart. An. 1573.)

M. ELIAS MAJOR, P. L. Cæs. Gymnas. Elisabethani Patr. Rector, & reliquar. Schol. Inspector.

Suada est Majoris suadæ Ciceronis adæqua;
Porro ita si pergat ludere, major erit.

(N. Wratisl. 26. Februar. An. 1588. Renunciat. Rect. per D. Zach. Hermann. 8. Maji An. 1631. ♃. in Patr. 17. Julii circ. hor. 9. vesp. A. 1668. æt. an. 81. current. off. Rectorat. an. 37. Scholast. Schol. an. 55. Successit ei, M. Elias Thomæ, VVratisl. prius Posnaniens. Rector, Poeta & Philologus.)

CASPARUS MALMICERUS, Civitatis Milicensis Patr. Consul.

Sic vita præeo populi, velut arte, coronæ;
Me duce si hoc curret, non male curret, iter.

(N. Milicii, Dominica Exaudi, An. 1547. ♃. ibid. 29. Januar. An. 1609. æt. an. 61. septim. 35. off. 38. Conc. fun.)

JOACHIMUS MALTZAN, Senior, L. B. in Militsch & Pentzelin.

Inprimis fideique bonum, Patriæque salutem
Consiliis juvi, dum potui, usque meis.

(N. 11. Maji An. 1559. ♃. Milicii 7. Januar. An. 1625. ætat. an. 65. septim. 34. d. 3. Regim. an. 34. Polius.)

JOACHIMUS, Joachim. Fil. MALTZAN, L.B. in Militsch & Pentzelin.

Marchia Rectorem Schola te, Joachime, poposcit;
Dicere cur factum? nolo; Minerva tua est.

(N. Milicii 6. Januar. An. 1593. Calagius. Rector creatus Acad. Francofurt. d. Georgii An. 1609. Pol. θ. Milicii 3. Junii An. 1654. æt. an. 61. Conc. fun.)

JOHANNES BERNHARDUS, Joach. Fil. MALTZAN, L. B. in Militsch & Pentzelin.

Non magna virtute, nec ausis cedere honestis
Cuiquam, mens una est; mentis & hoc satis est.

(N. Milicii 26. Julii An. 1597. Cosmus Simmer. Polius in *MS.* ϑ.)

JOHANNES BERNHARDUS, Senior, MALTZAN, L. B. in Wartenberg & Pentzelin, Joachimi, Senioris, L. B. in Militsch, Pater; Consiliarius Cæsar. & Ducatuum Oppoliens. & Ratibor. Præfectus.

Gloria me niveis comitata est ante quadrigis,
Pone ferit majus Mors male-fida decus.

(θ. in Legatione ad Sigismundum Augustum Reg. Poloniæ, Lublini 7. Maji An. 1569. Sepult. Wartenbergæ. Polius.)

OTTO HENRICUS, Joachimi Filius, MALTZAN, L. B. in Militsch & Pentzelin.

Sum Baro; sed genus hoc genii virtutibus orno;
Quæ potior laudis, dic age, caussa meæ?

(N. Milicii 4. April. An. 1594. θ. Wratisl. in ædibus paternis, 6. Junii An. 1621. ætat. an. 27. Sepult. ad. D. Christophor. Polius in *MS.*)

WILHELMUS MALTZAN, Joachimi Senioris Filius, L. B. in Militsch & Pentzelin, Dn. in Frayhain.

Eugenie genitrix, genitor generosus Apollo,
Augmentant Clarii nominis aucta tui.

(N. Mi-

(N. Milicii 23. Octob. An. 1599. θ. in Burgo suo Freyhain mense Septemb. An. 1667. ætat. an. 68.)

BARTHOLOMÆUS MANDELIUS, Crucigerorum cum rubea Stella per Polon. & Sil. Wratislav. ad D. Matthiæ Magister.

Munde vale! juvit me puncta novissima fati
Claussisse in CHRISTUM justificante fide.

(θ. Wratisl. apoplexia tactus in suggestu 25. Decemb. An. 1582. æt. an. 51. Epitaph. Successit ei Nicolaus Otto. Polius in MS.)

BARTHOLOMÆUS MARIENSIS, Medicus & Mathematicus, Eccles. Cathedral. Wratisl. Canonicus.

Corporis atque animæ loquitur me Fama Medentem,
Hospes Coelicolis, Orbicolisque placens!

(N. Patscovii. θ. Wratisl. An. 1504. Epitaph.)

JOHANNES a MARSCHAL, in Zessel, Illustriss. Pr. Olsnensis Consiliarius, & Judex Provincialis.

Vota DEO solvi, persolvi pensa Regenti;
Non bona tam pensat, quam benefacta, DEUS.

(N. mense Decemb. An. 1579. θ. Olsnæ 31. Januar. An. 1630. æt. an. 51. Conc. fun.)

CASPAR MARSILIUS, Scholæ Patriæ Rector, prius Acad. Francofurt. P. P. deinde in Nova Marchia Ecclesiæ Minister.

Lux Sophiæ primum fuit hic, sed munere verso
Theulogico totum se dedit inde foro.

(N. Lignicii. θ. Senex, Cotbusii, Ministerii an. 20. Mel. Adam. in Vit. Jodoci Willichii.)

GEORGIUS MARTINUS a Baldhoven, JCtus & P. L.

Esto!

Esto! Themis clariis te subtrahat ardua campis;
Esse suum Phœbum te Gelo-Mela docet.

(N. Sagani 27. Martii An. 1578. Clar. ed. Script. Draud. Vixit An. 1615. ætat. an. 37.)

GREGORIUS MARTINIUS, Med. D. Poliater Wolaviæ Ordinarius.

De Podagra mihi litigium sit, perlege, quale?
Pellectum trutina; judica; Amicus eris.

(Flor. An. 1616. Clar. ed. Scriptis. Vixit Steinaviæ mens. Mart. An. 1630.)

FRANCISCUS MARTINUS, Primus Landeci Confess. Augustan. Pastor.

Biblidos ex adytis populi mollire rigorem,
(Sic aliis licuit) me mea suada jubet.

(N. Bregæ. ϑ. Landeci 30. Decemb. An. 1597. æt. an. 78. Minist. 50. Epitaph.)

VALENTINUS MATERNUS, Ecclesiæ Schlaupicensis Pastor.

Sacra docere probe; sacra juxta vivere recte;
Et bene de quovis cura merere mea est.

(N. in minori Knigniz, Ducat. Bregens. 13. Februar. An. 1647. Clar. ed. Scr. ϑ. Slaupicii in District. Reichenbach. 31. Aug. An. 1616. æt. an. 69.)

BURGHARDUS MATTHÆUS, Viteberga-Sax. JC. Reip. Patr. quondam Senator, deinde Illustriss. PPrr. Ligio-Bregens. Consiliarius, & Reipubl. Lignicensis Consul.

Diceris adflictis mage re, quam nomine Asylum!
Venit & a solo dos ea sola DEO.

(ϑ. Lignicii 10. April. An. 1600. æt. an. 63. Epitaph.)

BAL-

BALTHASAR MEHL, prius Reip. VVratisl Senator, deinde Consiliarius Cæsareus.

Dexteritas, Candor, multa experientia rerum,
Me Regi & Patriæ junxit amore meæ.

(θ. VVratisl. 3. *Mart.* An. 1545. off. an. 19. Pol. in *MS.*)

GEORGIUS MEHL a Streliz in Gravenstein, JC, prius Cameræ Imperial. Silesiac. Fiscalis, deinde III. Impp. Roman. Consiliarius, & Regni Bohemiæ Cancellarius.

Ducere quo virtus nata est, feliciter ivi;
Induperatorum hoc credita feuda probant.

(*N.* Wratisl. θ. Pragæ 24. Januar. A. 1589. Polius in *MS.*)

JOHANNES, Laurent. sen. Fil. MEHL, sive Melius, Illustriss. Pr. Caroli II. in Silesia Olsnensis & Monsterberg. Consiliarius.

Jus colui, Jurisque Patrem Patriæque Patronum;
Vivax obtinui Consiliantis epos.

(*N.* Javoriæ circ. Dominic. Lætare An. 1557. (1556 El. Reusner.) Clar. ed. Carm. Tileni. θ. Olsnæ 12. Febr. An. 1606. æt. an. 49. off. 11. Epitaph. Bucholz.)

JOHANNES MEISNER, Ducatus Wratislaviensis Capitaneus.

Lux Charitum, cui cuncta dedit Cyllenia proles,
Meisner erat, Patrii Præses & altor agri.

(Electus, An. 1483. θ. Wratisl. 12. Februar. An. 1511. off. an. 28. Pol. in *MS.*)

M. JOHANNES MEISNER, prius Schol Boleslaviens. Rector, deinde Curiæ VVratislaviens. Familiaris.

Me mihi, me Musis subducens curia Breslæ,
Addixit curis totaque & una suis.

(*N.* Strelæ, θ. VVratisl. apoplexia 14. *Maji* An. 1588. æt. an. 54. off. 25. Sch. Bol. Rect. an 6. Polius.)

JONAS MELIDEUS, P. L. prius Gymnasii Ducalis Goldbergens. Rector, deinde Illustr. Bethaniens. Gymn. Schönaichian. P. P. Orat. & Poet.

Grata DEOque piisque mele Melidee figuras;
O det Scultetus serta! Melodus eris.

(*N.* Sagani 27. August. An. 1585. Clar. ed. Scr. Vixit Bethaniæ An. 1628.

M. MELCHIOR MELINGUS, Scholæ Ducalis Olsnensis Rector.

Iste sibi laudes multo sudore paravit,
Parnassum cura fervidiore colens.

(*N.* Francosteinii 3. Octob. An. 1593. θ. Olsnæ 15. Decemb. An. 1638. æt. an. 45.

CLEMENS MELTZER, Ecclesiæ Olsnensis Pastor.

Una pares quod nos faciat Clementia JOVÆ,
Exemplo Clemens perdocet iste suo.

(*N.* *M*onsterbergæ. θ. Olsnæ An. 1561. Epitaph.)

M. ABRAHAMUS MENCELIUS, Eccl. Sprottaviensis Pastor.

Nil moror affanias, phalerataque lilia Linguæ,
Unius in veri cognitione steti.

(Clar. An. 1624.)

HIERONYMUS MENCELIUS, Pastor Islebiensis, & Comitatus Mansfeldensis Generalis Superintendens.

Doctrina sibi Mencelius vitaque quadravit;
Famæ epos hanc, illam publica scripta docent.

(N. Suidnicii 22. Februar. An. 1517. Clar. ed. Scr. plurimis Georg. Draud. θ. Islebiæ 25. Februar An. 1590. æt. an. 73. d. 3. Minist. 30. ex Buch. Polius.)

JOHANNES MENCELIUS, Med. D. Reip. Glogoviensis Physicus.

Corporis ampla sui credit mihi Gloga salutem;
Et Famam credit Musica turba suam.

N. Freistadii 31. Decemb. An. 1556. Polius. Vixit Glogoviæ An. 1614. E. S. æt. an. 58.

M. MATTHÆUS MENCELIUS, Ecclesiæ Fraustadianæ Pastor.

Par Bucholcero Successor menteque & ore
Mencelius, vita & munere erat brevior.

(*N.* Suidnicii. *θ.* Fraustadii 28. April. An. 1592. æt. an. 39. Minist. 8. Henelius. Scult. Narr. Histor. Curric. Vitæ p. 12.)

NICOLAUS MENCELIUS, Eccles. Falckenhainens. in Diœcesi Leobergens. & Lobrüsiens. Ducatus Javoriens. Pastor.

Præbuit Evepie Sanguen, Polytecnia succum;
Biblidos & Säeos diceris esse Lepor.

N. Leobergæ. *θ.* 22. Octob. An. 1617. æt. an. 83. Ministerii, ibi an. 16. hic an. 39. Pater liberorum XVII. Avus Nepotum XXVIII. Polius in MS.)

M. SEBASTIANUS MENCELIUS, Scholæ Suidnicensis Con-Rector.

Me quoque conjunxit numero natura Sophorum;
Hinc merui in Sophico nomina clara choro.

(*θ.* Suidnicii 31. Decemb. An. 1600. Polius.)

VALENTINUS MENTZLERUS, Præpositus Olsnensis.

Neutra valetudo renuit me rite Valentem,
Prævalui Summi velleque nolle DEI.

(*N.* Mens. Octobr. An. 1558. *θ.* Olsnæ 22. Novemb. An. 1591. æt. an. 33.)

JOHANNES, Johannis Fil. METZLERUS, U. J. D. prius in Acad. Lipsiens. Græc. Lingv. P. P. deinde Reipubl. Patr. Senator, denique Ducatus VVratisl. Capitaneus.

Juris apex, urbisque Caput, non turpe putavi
Grammatica Argolicos prendere Lege sonos.

 (N. Vra-

(N. Vratisl. Senator fact. 16. Febr. An. 1531. Capitaneus electus 18. Febr. An. 1534. Richardi Croci in Italia Auditor. Joachimi Camerarii Præceptor. Clar. ed. Scr. Gesner. & Draud. inter hæc Elementa Græcæ Grammaticæ edidit. θ. VVratisl. 2. Oct. An. 1538. æt. an. 34. Off. an. 4. Hujus Parentes ambo una. θ. 22. Julii An. 1508. (1507. Mel. Adam.) unoque sepulchro conditi. Polius.)

M. MICHAEL, Astronomus, Cracoviæ ad D. Floriani Decanus.

Astronomum hunc perhibent Introductoria docta;
Astrorum hinc vires edidicisse licet.

(N. VVratisl. Clar. ed. Scr. Cracoviæ An. 1510. θ. Cracov. 8. Nov. An. 1533. Henelius.)

HIERONYMUS MICHAEL, U. J. D. Sacr. Cæsar. Mtis Consiliarius.

Induperantis honor, Themidosque Smaragdus habebar;
In me cum Clario vernat Apollo choro.

(N. Vratisl. θ. Pragæ 10. Januar. An. 159;. Polius.)

DAVID MILESIUS, Phil. & Med. D. ut & Poet. Laur.

Te numerat primos inter Germania vates;
Quin & grata tuum jactat Oreas opus.

(N. Nissæ Clar. ed. Scr. Periander. In Doctorem Medicinæ promovit An. 1556. Henelius.)

CHRISTOPHORUS MINGE, U. J. D. Ducalis Monasterii Trebnicensis Consiliarius & Cancellarius.

Inviolata fides, Justi mens conscia & æqui,
Famæ æternantis promeruere decus.

(N. Suibusii 13. August. An. 1590. θ. VVratisl. arthritide mens. Febr. An. 1643. æt. an. 53. Successit ei in officio Autor hujus Opusculi.)

ANDRE

ANDREAS MITHMANNUS, N. P. C. Consistorii Acad. Wittebergens. Protonotarius & Advocatus.

Sive reos docta tutaris voce, Tribunal
Sive doces calamo, laudis agalma meres.

(*N.* Wratisl. ϑ. Wittebergæ 28. Febr. An. 1636. cum annos 47. cum dimidio fere vivus fuisset. Orat. fun.)

AMBROSIUS MOIBANUS, SS. Th. D. Templi Elisabetani in Patria Primus Pastor Evangelicus.

Elisabes Pastor Moibanus fidus in Æde,
Cœlesti pavit credita corda cibo.

(*N.* Vratisl. 4. April. An. 1494. Clar. ed. Scr. Gesnerus. Ejus tractatus in Ps. 29. cui Lutherus præfatus est, prodiit Wittenbergæ An. 1 36. v. Seckend. H. Luth. Suppl. ad Ind. 1. Histor. θ. in Patr. Peripneumonia 16. Januar. an. 1554. æt. an. 60. Minist. an. 28. mens. 6. ex Polio, Melch. Adamus & El. Reusnerus.)

AMBROSIUS, Ambros. Fil. MOIBANUS, Ecclesiæ Patr. Elisabetan. Diaconus.

Mî quoque Patris iter per Mystica sacra reclusum;
Mirata est dotes Patria Bresla meas.

(N. Wratisl. 13. Dec. An. 1546. Duxit D. Esaiæ Heidenreichii Filiam An. 1574. Dominica XVII. post Trinit. in Templo ad D. Salvator. primam habuit Concionem. θ. in Patr. 23. Mart. an. 1598. æt. an. 52 curr. Minist. an. 22. Polius.)

JOHANNES, Ambros. Fil. MOIBANUS, Med. D. & Reip. Augustanæ Physicus.

Prisca Dioscoridem voluerunt Secla Latinum;
Hanc talem paris, atque heu! Moibane, peris.

(*N.* Wratisl. Ambrosio & Anna Bonica, Parentibus, 27. (11. Calagius.) Februar. An. 1527. Clar. ed. Scr. θ. Augustæ 9. Maji an. 1562. æt. an. 35. m. 2. d. 16. Mel. Adamus & Polius.)

GEORGIUS MOLLERUS, Ecclesiæ Berolstadiens. Pastor, & Presbyterii Senior.

Hem! Sacra Mollerus proponens dogmata plebi,
Verba velut dulci nectare tincta dedit.

(N. Namslaviæ m. April. An. 1553. ✝. Berolstadii 3. Maji an. 1615. æt. an. 62.)

JOHANNES MOLLERUS, Phil. & Med. D. P. L. Lib. Bar. Trachenberg. Physicus.

Facta Ducesque cano, Ligiis qui jura dedere;
Vita per has vitas sic reparata mihi est.

(N. Lubenæ. Clar. ed. Script. ✝. Prausnicii an. 1627.)

JACOBUS MONAVIUS a Monavv, JC. Illustriss. Pr. Ligio-Bregens. Consiliarius.

Bresla suos Soles, sua Sidera Bresla celebret;
Lunæ me dici Nomine, mî satis est.

(N. Wratisl. familia Patricia, Stanislao, & Komora Rindfleischia, Parentibus, 6. Decemb. An. 154‹. Calagius. Clar. ed. Scr. θ. in Patr. 6. Oct. an. 1603. æt. an. 56. m. 9. d. 20. Polius. Mel. Adamus. Bucholc. & Thuanus.)

PAULUS MONAVIUS a Monavv, Reip. Suidnicensis Senator & Consul.

Luna sui generis Paulus præluxit in urbe,
Qua se Suidnicio Slesia tollit agro.

(Ab Aula Regia domum rediens. θ. Suidnicii 27. Julii an. 1525. Epitaph. al. 17. Julii an. 1518. Polius in MS.)

PETRUS, Jacobi Frater, MONAVIUS a Monavv, Med. D. & Archiater Cæsareus.

Cæsareum Medicum me legerat Aula Rudolphi,
Flore sed in medio legat ad ima Charon.

(N. Vra-

(N. Wratisl. 9. April. An. 1551. ☧. Pragæ 12. (22. Polius.) Maji An. 1588. æt. an. 37. off. 9. Mel, Adamus. Bucholc. Tonjola, Svvertius.)

SEBASTIANUS MONAVIUS, e Senatore, Ducatus Vratislav. Capitaneus.

Sidera quod fulgens eſt inter Luna minora,
Monavius Breslæ Civibus hocce fuit.

(Senator fact. 14. Februar. An. 1515. Capitaneus elect. 14. Febr. an. 1532. ☧. in Thermis Hirſchbergenſ. apoplexia, 4. Maji (26. April. S. Suevus.) an. 1534. æt. an. 74. off. Senat. an. 17. Capitan. an. 3. Henel. & Polius.)

M. JOHANNES OTTO a MONSTERBERG, Primus in Academia Lipſienſ. Rector, & SS. Theol. PP.

Lipſiacæ primus Rector fuit iſte Cathedræ;
Tale ſuis meruit nempe noema Sacris.

(θ. Lipſiæ 24. Mart. An. 1416. Trithem.)

M. ANDREAS MONTANUS, Hala-Saxo, Ecceleſiæ Saganenſis Paſtor.

Commiſſum pavit Chriſti Montanus Ovile,
Grana datans, Biblidos qualia fovit ager.

(θ. Sagani 24. Mart. An. 1567. Miniſterii an. 11. Polius in MS.)

JOHANNES MONTANUS. Vid. Joh. Scultetus.

JOHANNES MORENBERGER, Reipubl. Patr. Vratislav. Senator, & Primus Scholarum ibidem Præſes.

Præſide me viguere Scholæ, viguere Magiſtri;
Poſteritas laudes has mihi grata refert.

(N. Wratisl. ſub initio An. 1502. Hoc Autore & Præſide Gymnaſium Eliſabetanum, prout hodie videre eſt, reædificatum fuit a 17. Junii An. 1560. ad usque 29. Jan. an. 1562. Polius. θ.

in Patr 9. Febr. an. 1567. ætat. an. 65. off. Senat. an. 33. Mart. Hoffman.)

JOHANNES MORENBERGER, Ecclesiæ Elisabetanæ Wratislav. Pastor, & reliquarum Eccles. ut & Scholarum ibidem Inspector.

Nil mihi cum Mauris; ad Montes duco popellum,
A quibus auxilium, præsidiumque venit.

(♃. Vrat. 10. Jan. An. 1561.)

JOHANNES, Johan. Senat. Fil. MORENBERGER, Reip. Patr. Vrat. Senator.

Successit Patri (pia laus!) non degener hæres;
Vix dum consedit, mortis adivit iter.

(♃. Wrat. in Patr. 11. Febr. An. 1571. æt. an. 35. Polius.)

M. GREGORIUS MORENBERGK, Reipubl. Wratislaviensi a Secretis.

Hoc suasi, ut Musis mea Bresla pararet Athenas; (a)
Impediit tantum terra Polona bonum.

[(a) An. 1505. partim per Cracovienses, partim per Capitulares Vratislavienses opus istud impeditum. ♃. Vratisl. 31. Jan. An. 1518. Polius in *MS*.)

MICHAEL MORGENBESSER, Judicii Ducal. Wolaviens. Secretarius.

Doctrinæque vigor, locuplesque peritia rerum
Vexit ad ævigenum te, Vir, honoris iter.

(N. Bregæ 9. Junii An. 1573. ♃. Wolaviæ 6. April. an. 1631. æt. an. 57. septim. 42. d. 5. Epitaph.)

JOHANNES MUCK a Muckendorff, U. J. D. Illustriss. Pr. Ligio-Bregens. Consiliarius.

Qui Ligii poteras Consus Ducis esse celebris,
Miror, Thorunii te voluisse mori.

(♃. Thorunii Boruss. 28. Jan. An. 1641.)

PE-

PETRUS MUCK a Moghendorff, & Lichtenberg in Marschvviz, Phil & U. J. D. Consiliarius Cæsareus, S. R. I. Eques, Com. Pal. Cæs. & Reip. Patr. Vrat. Proto-Syndicus.

Munera nonne tibi proponit maxima Virtus;
Consus, Eques, Comes es, Lux Patriæque jubar.

(N. Vrat. 17. Jan. An. 1629. Ejus Symbolum hic majusculis literis notatum. An. 1669. abdicavit se munere publico, eique successit mense Julio an. 1670. Daniel Caspar a Lohenstein, Nimicio-Siles. olim Consiliarius Olsnens. per 2. an.)

BARTHOLOMÆUS MUDRACH, Reip. Vratislaviens. Senator.

Est tibi, MudrachI, Probitas & vivida virtus;
Quei non & Patriæ commoda plura feras?

(N. 21. April. An. 1573. θ. Vratislav. 19. Februar. an. 1639. ætat. an. 65.)

ERASMUS MULLER, in Malckvviz, Burglissa, Krolckvviz, VVeigvviz & Kreickavv, Reip. VVrat. Senator Primarius & Scholarum Præses.

Et virtutis epos & opes te jure sequuntur;
Hermes nam subiit pectus, & ora Lepor.

(θ. Vratisl. 21. Junii An. 1599. ætat. an. 45. off. Senator. an. 22. Polius.)

JEREMIAS MULLERUS, Ecclesiæ Patr. Elisabetan. Archi-Diaconus & Senior.

Theulogica Evepie magni est mihi caussa favoris;
Ut vita placeam, sit mea cura, DEO.

(N. Vratisl. 18. Octob. An. 1570. θ. ibid. 3. Febr. an. 1644. ætat. an. 73. Minist. 46.)

JOHANNES MULLERUS, SS. Th. D. Ecclesiæ Petro Paulinæ Hamburg. Antistes.

Ante suo cursu retro meet Odera ad ortum,
Quam Famam taceat publica Fama tuam.

(N. Vratisl. 16. Jun. An. 1598. Wittebergæ Th. D. renunciatus 12. Octob. An. 1641. Hamburgi Ministerii Senior factus an. 1648. Clar. ed. Scr. θ. Hamburgi 29. Sept. an. 1672. æt. an. 74. sept. 16. d. 2. Orat. fun.)

HERMANNUS MUNDRICH, U. J. D. Practicus apud Wratislav. eximius.

Breslam intra atque extra juvit Mundrichius æquum;
Juris Consultum quis neget ergo bonum?

(N. Berolini 25. Febr. An. 1565. θ. Wratisl. 17. Mart. an. 1629. æt. an. 64.)

PAULUS MUNTZERUS, Phil. & Med. D. & Vratislaviæ Pestilentiarius Medicus.

Pestifugans fugor ipse trucis proh! cuspide pestis;
Sed tamen a scriptis vivo, cluoque, meis.

(N. Schönoviæ 25. April. An. 1590. Clar. ed. Scr. θ. Vratisl. 4. Octob. hor. 4. mat. an. 1633. æt. an. 43.)

JOHANNES MUSELIUS, Phil. & Med. D. Poliater in Patria.

Et Sophica & Medica præstans Muselius arte,
(Indignum heu!) lapidis verbere tactus obit.

(N. Vratisl. θ. Lapide obrutus ex culpa fabrorum lignariorum, in ædib. suis Wratislav. 25. Maji An. 1596. ætat. an. 40. Polius.)

HENRICUS MYLPHORT, Phil. & Med. D. P. L. & Poliater Olsnensis.

Quod multi jactant, Aphoristicus omne id acervus
Explicat, ingenii natus in arce mei.

(N. Vrat. 24. Jan. An. 1577. C. E. S. θ. in Patr. 28. Dec. an. 1626. æt. an. 49. Polius.)

JOHAN-

JOHANNES MYLIUS a Mylberg, Philoſ. & Med. D. Illuſtriſſ. Pr. Ligio Bregenſ. Archiater & Conſiliarius, ut & Reip. Lignicenſ. Phyſicus.

Arridens Mylio Meditrina benigna Medenti,
Hic, ait, eſto ægros inter Apollo novus.

(N. Goldbergæ, M. Johanne, & Anna Kiefera, Parentibus, 15. Decemb. An. 1567. Calagius. Helmſtadii in Med. D. promovit An. 1598. ♃. Lignicii 23. Maji hor. 8. veſp. An. 1639. æt. an. 72. ſeptim. 21. Epitaph.)

PETRVS MYSCEPHALVS, Germ. Meuſekopff/ Ædis ad Spirit. Sanct. Vratislaviæ in Neapoli Diaconus.

Officio fungens dum ſacrum paſcit ovile
Myſcephalus, vilis fit novus hoſpes humi.

(♃. in ipſo ſuggeſtu apoplexia correptus 16. Jan. An. 1564. Miniſterii an. 17. Polius in MS.)

PETRUS NADUS, SS. Th. D. Ordinis Franciſcanorum Primus in Templo Bernhardino Wratisl. Concionator Evangelicus.

Nadus erat, ſummi ſelectus Præco JEHOVÆ,
Breslæa fidei pandit in Æde jubar.

(Paſtor Vrat. ad S.S. factus eſt 8. (1. S. Suevus.) Mart. An. 1526. Pol. in MS. ♃. Vrat. An. 1530. Miniſt. an. 4. Epitaph.)

HENRICUS NAGELUS, in Wirbiſchavv, Med. D. & in Patria Practicus.

Nomine trajecto vocitare Nagele Galenus;
Illius ad genium te genitum, arte probas.

(N. Vrat. Martino & Anna Bűthneria Patritiis Vrat. Parentibus, 2. Febr. An. 1577. Andr. Calagius. ♃. in Patr. 26. Maji an. 1615. æt. an. 39. current. Polius in MS.)

M. DAVID NAMSLERUS; prius Græcæ Lingv. in Gymnaſ. Goldbergenſ. P.P. deinde Eccleſiæ ibidem Paſtor & Decanus.

Theulogia ut taceat geſtos, Namslere, labores;
At memor usque tui Cattica Erinnys erit.

(N. Boleslaviæ 25. Mart. An. 1574. Clar. ed. Scr. θ. Goldbergæ peſte 9. Nov. an. 1613. æt. an. 39. m. 7. d. 15. Miniſt. an. 12. ex Epitaph. Polius.)

NANCKERUS, I. Eq. Sil. in Kampen, Ducat. Oppolienſ. Epiſcopus Wratislav. XXVI.

Banno Nanckerus peperit diſcrimina Clero,
Milicium vano nempe furore petens.

(Elect. An. 1325. θ. Niſſæ 10. April. an. 1341. Sepult. Vrat. Sedit an. 15. Polius.)

JOHANNES NATICIUS, prius Illuſtriſſ. PPrr. Ligio-Bregenſium Ephorus, deinde iisdem in Ducatu a Sacris reditibus.

Naticium Muſis natum quis forte putaret,
Non diſpar Muſis concinit ille melos.

(N. Peitzii in caſtro Elect. Brandeburg. 22. Junii An. 1594. θ. Bregæ 3. Oct. An 1665. æt. an. 71. m. 3. d. 11.)

M. BALTHASAR NEANDER, Gymnaſ. Eliſabetan. Vratisl. P.P.

Quæ Jovis e cerebro ſata, quæ ſata Numine Mneme,
Præfectum ſacris me voluere ſuis.

(N. Boleslaviæ. θ. Vrat. hydropicus 1. April. An. 1568. æt. an. 55. off. an. 33. Hoffman.)

BALTHASAR NEANDER, SS. Th. D Eccleſiæ Cathedralis Vratislav. Canonicus & Archi-Diaconus.

Biblia

Biblia quæ, Patres quæ, quæ Sophia alma professa est;
Mi labor ante fuit noscere, nunc honor est.

(N. Ottmachoviæ 6. Januar. An. 1566. θ. VVratisl. 7. Septemb. An. 1619. æt. an. 53. Polius in *MS.*)

CAROLVS FRANCISCVS NEANDER, a Petersheyda &c. Ecclesiæ Cathedralis VVratislav. Archi-Diaconus & Suffraganeus.

Vir novus antiquos tueor, sectorque, Logismos,
Quos Romana pio sanxit amore Sais.

(*N.* Nissæ 23. Julii An. 1618. Vivit h. a. 1682.

M. GEORGIVS NEANDER, prius Scholæ Oppidan. Francofurt. cis Viadr. Rector, deinde in Acad. ibid. Græc. Lingv. P.P.

Attica cum Latia formosius intrat Athene;
Isthoc nempe tua Lampade lumen habet.

(*N.* Suibusii 7. Januar. An. 1573. θ. Francofurt. cis Viadr. 9. Febr. hor. 2. pom. An. 1639. æt. an. 66. Henelius.)

M. MICHAEL NEANDER, Scholæ Ilfeldensis Rector, de tota re litteraria, & Christiana Juventute optime meritus.

Mysta fui Sophiæ Grajæ simul atque Latinæ;
Et Phœbo & Charisin charus, & Aonisin.

(*N.* Soraviæ mens. Febr. An. 1525. Polius. Clar. ed. Scr. plur. Gesnerus. Draudius. θ. Ilfeldæ in faucibus Harcyniæ 26. April. S.V. An. 1595. æt. an. 70. off. an. 45. Mel. Adamus, Thuan. Bucholz.)

NICOLAUS NEANDER, prius Prior & Concionator in Ducal. Monaster. ad S. Vincent. Wrat. deinde Eccles. ad 11000. Virgines in Suburbio Ibid. Pastor.

Jam Monachos inter me legerat ordo Priorem,
Monstravere aliam cum mihi scripta viam.

 (*N.* VVra-

(N. VVratisl. Clar. ed. Scr. de Conſcientia Hominis Chriſtiani, An. 1612. ♃. VVrat. 15. April. An. 1618. æt. an. 44. Miniſt. 5. Polius.)

PAULUS NEANDER, Reipubl. Patriæ VVratislavienſis Senator.

Hoc etiam de te, Sophie, mihi dicere viſa eſt;
In Patriæ longum te ſupereſſe bonum.

(N. VVratisl. 17. Septemb. An. 1559. θ. ibid 22. Septemb. An. 1635. æt. an. 76.)

PAULUS NEANDER, Curiæ Wratislavienſis delegatus Prætor.

Brateſilea dedit quæ Jura localia plebi,
Hæc ego pervigili dexteritate ſequor.

(N. Namslaviæ 6. Januar. An. 1592. θ. VVrat. 18. Octob. An. 1653. æt. an. 61.)

BALTHASAR NECHERUS, U. J. D. Eccleſ. Cathedral. VVrat. Canonicus.

Blandus eram nulli, cunctisque benignus homullis,
Propoſitique tenax & pietatis amans.

(θ. VVratisl. 10. Februar. An. 1538. æt. an. 48. Epitaph.)

CVNRADVS NEGIVS, prius Eccleſiæ Picinenſis, deinde Taurenſis, paulo poſt Neapolitanæ ad Spir. S. Wratisl. Diaconus, denique Wartenbergenſ. Paſtor.

A puero mea vita fuit, mediumque per ævum
Recta via, in mortis tramite, JOVA, ſalus.

(N. Namslav. θ. Wartenbergæ 29. Auguſt. An. 1617. æt. an. 70. Polius in *MS.*)

M. JOHANNES NELDELIUS, organi Ariſtotelici in Acad. Lipſienſ. P. P.

Gloga

Gloga dedit vitam ; dedit artes Lipsia ; munus
Mî dedit hæc eadem ; sum, Stagirita, tuus.
(*N.* Glog. Patre Matthia, Matre Apollonia Axteria. Clar. ed. Scr. Draud. θ. Lipsiæ, apoplexia, 12. Febr. hor. 5. matut. An. 1612. æt. an. circ. 59. Polius in *MS.*)

CHRISTIANVS, Johan. Fil. NEOMENIVS, Ph. & Med. D. prius Reipubl. Patr. Physicus, deinde Ducat. VVolaviens. ordinarius, denique Civitatis Lesnens. in Polonia Medicus.

Et Patriæ, atque aliis sub sole calentibus oris
Impendi genii parta talenta mei.
(*N.* Bregæ 5. August. hor. 7. matut. An. 1612. ϑ. Lesnæ Polon. an. 1673. æt. 61.)

JOHANNES NEOMENIUS, Ecclesiarum in Ducatu Bregens. Superintendens, & Concionator Aulicus.

Eirene ductrix, doctrix mihi dulcis Alethe ;
Sic præeo socios in sacra templa meos.
(*N.* Francosteinii 12. Sept. An. 1571. ϑ. Bregæ 5. Nov. An. 1639. æt. an. 69.)

JOACHIMUS a NEUDORFF, U. J. D.

Integritas vitæ, legumque peritia clarum
Effecit Patrio nomen in orbe meum.
(N. VVratisl. Clar. An. 1617.)

JOSEPHUS a NEUDORFF, in Pila & Sendiz, Sacr. Cæs. Mtis & Supremæ per utramque Silesiam Præfecturæ Consiliarius.

Reddidit utibilem me dia Pronœa Budorgi ;
Cæsaris auspicio Consiliator ovo.
(N. in Ducatu Olsnens. 9. *M*art. An. 1596. θ. Wratisl. 16. Januar. hor. 7. matut. an. 1665. ætat. an. 69. current.)

MICHA-

MICHAEL NEUDORFF, Phil. & U. J. D. P. L. & Capituli VVratisl. Secretarius.

Impiger & rigidi verſavi Ænigmata Juris,
Et cecini culto verba ligata pede.

(*N.* Bernaviæ menſ. Januar. An. 1567. *θ.* VVratisl. menſ. Decemb. An. 1611. æt. an. 44.)

JOHANNES NEVGEBAVER, Eccleſiæ Neoſtadienſ. in Sil. Orientali Paſtor.

CHRISTE tuæ turbæ mediis in fluctibus adſto,
Flamine Nauclero, dogmate nave tuo.

(Clar. An. 1609.)

M. BARTHOLOMÆUS NEVHOLD, Eccleſ. Berolſtadienſis Paſtor.

Mancipium fidei Sophiæ ſum verna, DEIque;
Libertas iſtam cum ratione beat.

(*N.* Monſterbergæ 27. Junii An. 1590. *θ.* Berolſtadii 27. Sept. An. 1638. æt. 48.)

M. CASPARVS NEVHOLD, Eccleſiæ Berolſtadienſis Archi-Diaconus.

Proſperitante DEO ſuperavi immitia, tendit
Quæ rigidus ſævo pectore, tela, Satan.

(*N.* Monſterbergæ 24. Auguſt. An. 1603. *θ.* Berolſtadii 29. Sept. An. 1655. æt. 52.)

VALENTINVS NEVKIRCH, elegans Poeta.

Succina odora legant alii; mî verſibus illa
Dicere, majoris forſan odoris erit.

(N. Leobergæ. Clar. editis Scriptis. Polius.)

ADAMUS NEUMAN, Lignicenſ. Scabinus Primarius.

Ad

Ad Patriæ genium, naturæ dona Neander
Aptavit, Famæ nomina clara tenens.
(*N.* Lignicii. ϑ. in Patria 26. Augusti. An. 1632. æt. an. 45. Epitaph.)

DAVID NEUMAN, Ecclesiastes in Olbers- & Hennersdorff, in Ducat. VVrat.

Sunt tenebræ mundo; tenebris dispergere lucem
Velle meum fuit hoc; o dare posse foret.
(Flor. & Clar. ed. Scr. An. 1608.)

FRANCISCUS, Wenceslai Sen. Fil. NEUMANNUS, JC. Ordinis Teutonici Commendator in Sonnenberg.

Optima quod cibus invidiæ mea fata loquuntur;
Triste mihi exsilium sparta polita tulit.
(*N.* Sagani. ϑ. in Exsilio. circ. fest. Pentecost. An. 1568. Henelius.)

WENCESLAUS NEUMANNUS, Senior, JC. prius Reip. Saganens. Consul, deinde Illustriss. Pr. Henrici Cancellarius.

Consulis officio perfungi haut ultima laus est;
Hæc mea, at a Natis est speciosa magis.
(*N.* Sagani. ϑ. Misenæ Hermunduror. 31. August. An. 1552. Henelius. al. 30. Septemb. An. 1554. Nicol. Pol. in *MS.*)

WENCESLAUS, VVenceslai Fil. Francisc. Frater, NEUMANNUS, Aulæ Electoralis Saxon. Cancellarius.

Saxonica Eurynome multum me evexit in Aula;
Henricus testes Mauritiusque mihi.
(N. Sagani v. Rötel p. 3. Siles. p. m. 344. ϑ. Misenæ Hermunduror. 30. Septemb. An. 1552. Henelius. (1554. Polius.)

ANTONIUS NIGER, Phil. & Med. D. prius Acad. Marpurgens. P.P. deinde Reipubl. Brunsuicens. Physicus.

Phœbus uterque mihi curæ fuit; Attica per me
Iſaidæ vatis Pſalmata Lector habet.

(N. VVratisl. Flor. An. 1536. C. E. S. plur. Draud. θ. Brunſuigæ 5. Junii An. 1555. Mel. Adamus, Polius, Saur.)

CUNRADUS a NIMITZ, in Majori Petervviz, Capitaneus Cantenſis.

Nobilitas placet iſta mihi, quæ ſanguine nixa
Ornare & Patriam nititur arte domum.

(θ. 6. *Mart.* An. 1626.)

M. VALENTINUS NITIUS, Reipubl. Wratislavienſis Secretarius.

Nitius emeruit Famæ vivacis honores;
Res Patriæ fida juvit is usque fide.

(N. VVratisl. θ. VVratisl. 27. Nov. An. 1557. Succeſſit ei in officio Melch. Latomus. Polius in *MS.*)

ERNESTUS NOLDUS, in Illuſtri Pædagogio Bethaneo Theologiæ P. P.

Nobilis hic genere eſt: genio quoque nobilis; arte
(Theulogiam explanat,) nobilis eſt itidem.

(Clar. An. 1620.)

JOHANNES a NOSTITZ & NOES, in Majori & Minori Strenz, Illuſtriſſ. Pr. Ligio-Bregenſ. Conſiliarius & Ducatus Wolavienſis Præfectus.

Eugenie, Evepie, Sophie, Muſæque Themisque,
Divæ ſunt animo, Relligioque, meo.

(N. 8. *Mart.* intr. hor. 5. & 6. matut. An. 1562. Bucholc. Ocellus Patriæ in Sculpt. præf. part. 3. Medull. PP. θ. in Seceſſu ſuo Strenz. 29. Julii An. 1619. æt. an. 58. current. Orat. fun.)

OTTO, L. B. a NOSTITZ, Dn. in Rotkitniz, Seiffersdorff &c. Sacr. Cæs. Mtis Consiliarius, prius Ducat. VVratislav. deinde Ducatuum Suidnic. & Javoriens. Præfectus.

Cæsaris invicti fuit, Astrææque minister;
Gentis Honos, Patrii perpes aroma soli.

(*N.* in prædio paterno Seiffersdorff, Ducat. Suidnicens. 24. Maji An. 1608. θ. Javoriæ 14. Nov. An. 1665. æt. an. 57. mens. 6.)

GREGORIUS NOSTWITZ, Reipubl. VVratislaviensi a Secretis.

Justitiæ hic fidus, Jurisque notator habetur;
Emeritum nomen secula longa dabunt.

(Prius Ampl. Senatui ab Epistolis Latinis, 7. Mart. An. 1589. θ. VVratisl. 31. Octob. An. 1626. æt. an. 72. off. 30. Polius.)

BERNHARDUS GULIELMUS NUSSLERUS, Illustriss. Pr. Ligio-Bregensis Dn. Johan. Christian. Secretarius.

Quæ Gallo virtus in Principe condecet esse;
Hoc satago Musis excoluisse meis.

(N. Fridlandiæ 24. Junii An. 1598. Clar. ed. Scr. θ. Wratisl. 1. Junii An. 1643. æt. an. 45.)

M. MARTINUS NUSSLERUS, Ecclesiæ Boleslaviensis Pastor.

In vero verboque tuo da, CHRISTE, morari;
CHRISTE mori dato in hoc; hoc sine nulla Salus.

(N. Fridlandiæ 1. Januar. An. 1560. θ. Boleslaviæ 14. Decemb. An. 1616. æt. an. 56.)

BALTHASAR HENRICUS L. B. ab OBERG, in Kalckavv, Malckvviz &c. Consiliarius Cæsareus, & Ducatus VVratislaviensis Capitaneus.

Ultimus & Primus quod sum Baro stirpis ab Oberg,
Est, Ferdnande, Domus Gratia sola tuæ.

 (N. Nis-

(N. Nissæ 30. Januar. An. 1600. ♃. VVratisl. apoplexia, Familiæ & Honoris primus & imus, 28. Junii An. 1654. æt. an. 54.)

BALTHASAR HEINRICUS ab OBERG, prius Lib. Baronat. Wartenberg, deinde Ducal. Monast. ad S. Vincent. VVrat. Cancellarius.

Et Baro laudavit studium, laudavit & Abbas;
Quis laudem Famæ deroget ergo tibi?

(N. Nissæ 10 Septemb. An. 1595. θ. VVrat. apoplexia 28. Junii An. 1660. æt. an. 65.)

CAROLUS, L.B. ab OBERG & Güssmansdorff in Wonvviz, Cameræ Imperialis Silesiacæ Consiliarius.

Cæsaris ad Cameram spectantia Jura Rudolphi
Consiliis auxi, JOVA operante, meis.

(N. VVratisl. 12. August. An. 1549. ♃. ibid. 29. Januar. An. 1606. æt. an. 57. Polius in *MS.*)

CHRISTOPHORUS ab OLHAFEN in Protsch & VVeida, Eq.

Me decus Aonidum mihi surripit atque Minervæ;
Quis putet hoc Domui dedecori esse meæ?

(N. VVratisl. 12. Decemb. An. 1577. θ. ibid. 13. *Mart.* An. 1622. æt. an. 45. Epitaph.)

LEONHARDUS OLHAFEN, a Schellenbach in Boravv, Reip. VVrat. Senator.

Principium vitæ Princeps mihi contulit isthoc,
Ut Patriæ atque bonis non, bene nî, cupiam.

(N. VVratisl. mens. April. An. 1574. θ. ibid. 23. Februar. an. 1619. æt. an. 45. off. Senat. an. 13. Epitaph.)

MAXIMILIANUS ab OLHAFEN, in Protsch & VVeida, &c. Reip. VVratislaviens. Patriæ Senator.

Herculea hic generis Patriæque columna fuisset,
Nî sua turbasset fata, severa trias.

(θ. Vrat-

(θ. Vrat. 27. Sept. An. 1648. æt. an. 49. curr.)

ADAMUS OPALA, Phil. & utriusque Med. D. Practicus apud Argentinenſ. celeberrimus.

Argentina meam medicando ſenſit opellam,
Et mea ne putreat dextera, grata vovet.

(*N.* Bicinii. θ. Argentinæ 19. Jan. An. 1624. æt. an. 65.)

ADAMUS, Adami Paſt. Fil. OPALA, Phil. & Med. D.

Me Medicum merito Phœbi ſacer Ordo ſalutat;
Morta negat Medicos inter habere locum.

(*N.* Bicinii 29. Sept. An. 1592. θ. in reditu Argentinæ peſte 20. Mart. An. 1622. æt. an. 29.)

M. ELIAS OPALA, Theologus & Philologus.

Græcus, Arabs, Latius, Chaldæus, Teuto, Polonus;
Me perhibet gentis quilibet eſſe ſuæ.

(*N.* nobili Saganenſ. Ducatus pago paterno Ulrichsdorff, Alberto Primo Bicinienſ. Paſtore Evangelico, & Salome Jorniceria, Parentibus, 18. Nov. An. 1554. Calagius. θ. 2. Nov. an. 1624. æt. an. 70.)

MARTINUS OPITIUS, a Boberfeld, prius Illuſtriſſ. Pr. Ligio-Bregenſ. Conſiliarius, deinde Regis Poloniæ Hiſtoriographus, Germanicæ Poeſeos Reſtaurator.

Muſa, Minerva, Criſis ſibi te legere miniſtrum;
Jam cluit inprimis carmine Teuto tuo.

(N. Boleslaviæ 23 Dec. An. 1597. Clar. ed. Scr. plur. θ. Dantiſci, peſte cælebs 20. Aug. An. 1639. æt. an. 42.)

WENCESLAUS ab OPPERSDORFF, in Heida, Ducatus Bregenſ. & Diœceſeos Olavienſis Capitaneus.

Præſide me viguiſſe diu Bregenſe Tribunal
Eurynome, Sophie, Relligioque ferunt.

(θ. 10.

(θ. 10. Julii An. 1546. Pol. in *MS.*)

M. CAROLUS ORTLOB, Illustriss. Pr. Würtembergico-Olsnens. Concionator Aulicus, Pastor Olsnens. Consistorii Ducal. Adsessor & Senior primum, deinde Eccles. Wrat. Elisabetan. Diaconus.

Laudis & iste locum meruit, tenuitque, tenetque;
Augeat & porro nominis istud epos.

(N. Olsnæ, Patre Georgio, Illustriss. Pr. Olsnens. ratiociniorum Magistro, 19. Januar. An. 1628. Discessit Olsna Vratislaviam An. 1671. θ. Vrat. 17. August. A. C. 1678. æt. an. 51. curr.)

M. CHRISTOPHORUS ORTLOB, Scholæ Patriæ Rector.

Sudavi teneram formans docta arte Juventam;
Inter lætitiæ jubila messor ero.

(N. Suidnicii. θ. in Patria 31. Dec. An. 1574. æt. an. 50. off. 30. Henelius.)

CAROLUS OSLEVIUS, Med. D. & Archiater Cæsareus.

Hæc mea cura fuit, Divo servire Rudolpho;
Praxis erat felix; hinc decus omne mihi.

(N. Vratisl. Patre Johanne, qui natus Herbipoli 1. Nov. An. 1526. Calagius. Filius hujus, hic Carolus. θ. Pragæ febri pestilentiali 22. Junii An. 1584. in ipso ætatis flore. Henelius.)

M. BALTHASAR OSTEN, ex Pastore ad 11000. Virgines in Suburbio, Ecclesiæ Elisabetan. Patriæ Diaconus.

Ostendens Osten celi super ardua callem,
Accensens sacri Flaminis igne calet.

(N. Vratisl. Balthasare, Cive Wr. & Catharina, M. Balthasar. Neandri Filia, Parentibus, 25. Maji An. 1578. Calagius. θ. ibid. 19. Dec. post hor. 11. matut. An. 1639. æt. an. 63. Minist. 36. Polius.)

MEL-

120

MELCHIOR OSTIUS, P. L. Cæs. Gymnasii Patrii Elisabetan. Vrat. P.

Gaudia mî Charites! Juvenum sed fingere mentes
Herculis est decimus tertius iste labor.

(N. Vrat. 31. Jan. An. 1569. θ. ibid. 28. Aug. post hor. 5. pom. An. 1637. æt. an. 68.)

WENCESLAUS OTTERUS ab Otteravv, Reipubl. Suidnicensis Consul.

Austriacæ gentis pia laus me vatibus addit;
Consulis officium dat pia cura Dei.

(N. Leobschützii 24. Sept. An. 1552. θ. Suidnicii 7. Oct. an. 1614. æt. an. 62. Polius in *MS.*)

CASPAR PACKISCH, Med. D. & Reipubl. Vratislav. Physicus.

Subduxi cymbæ qui corpora multa Charontis,
Egelidas cogor nare Charontis aquas.

(θ. Vrat. 18. Sept. An. 1603. æt. an. 70. off. 18. Succesit ei D. Dan. Bucretius Rindfleisch. Polius.)

HENRICUS a PACKISCH, dictus Festenberg/ Illustr. Pr. Ligio-Bregens. Consiliarius & Syndicus Provincialis.

Omne quod hic vixit, Packisch imitatus in ævum
Justificam Pacem, pacificumque Deum.

(*N.* mens. Januario An. 1570. θ. Lignicii 1. Febr. An. 1644. ætat. an. 74.)

ADAMUS PALUDIUS, Ecclesiæ Ducalis Patriæ, ut & Olsnensis Pastor.

Salvifico Adamo Satanam Stygiamque paludem
Transiliens, viridi stemmate victor ero.

(N. Monsterbergæ m. April. An. 1533. θ. Namslav. 30. Mart. An. 1595. æt. an. 63.)

JOHANNES PALUDIUS, JC. & Poeta, Illustriss. Pr. Ligio-Breg. Consiliarius.

Philophilum Themidi te jura diserta Paludi;
Philophilum Bezæ te tua Musa dedit.

(N. Bregæ. θ. ibidem in ipso ætatis flore An. 1601. Nicol. Henelius.)

MARTINUS PANSA, Med. D. prius Physicus Annæbergensis, deinde Practicus apud Vratislaviens. non postremus.

Ut properam vites mortem, sospesque diurnes,
Quadruplici edoctum te volo (volve) libro.

(N. Schleusingæ in Marchia An. 1580. Clar. ed. Scr. θ. Vratisl. 15. Dec. An. 1626. æt. an. 47. curr. Polius.)

DAVID PAREUS, Germ. Wängler/ SS. Th. D. Acad. Heidelbergensis P. P.

Biblica sacra docens sacris quoque vatibus addor;
Esto! alios beet hoc: me magis illa juvant.

(N. Francosteinii 30. Decemb. An. 1548. ex Bucholc. El. Reusnerus. C. E. S. plur. Georg. Draud. in Bibliotheca clasica. θ. Heidelbergæ 15. Junii An. 1622. æt. an. 74. m. 5. d. 16. Pol. in *MS.*)

M. ABRAHAMUS PARICIUS, P. Laur. Scholæ Neostadiensis Rector.

Instar Oloris Hamadryacos dat pectine cantus;
Cur ergo a Paro dicere Paricius?

(N. Olsnæ 4. August. An. 1584. Vixit ed. Epigr. m. Octob. An. 1614. æt. an. 30.)

M. JOHANNES PARICIUS, Ecclesiæ Mar. Magdalen. Vratisl. Archi-Diac. & Senior.

Christe

Christe, tui verbi me forma & norma gubernat;
Nil cæca est hominis cum ratione mihi.

(N. Bogschützii, Ducat. Olsnens. pago, Suatomirio, loci Pastore, & Justina, Parentibus, 1. Dec. An. 1570. Calagius. θ. Vratisl. 17. Nov. An. 1644. æt. an. 74. Minist. an. 50.)

CUNRADUS PASSELIUS, U. J. D. Illustriss. PPrr. Monsterb. & Olsnens. Consiliarius.

Me Ducibus celsis Ephorum dedit ante Minerva;
Nunc a Consiliis me his jubet esse Themis.

(N. Bregæ 5. Julii An. 1574. θ. Berolstadii 22. Febr. An. 1629. ætat. an. 54. septim. 33.)

GEORGIUS PASSELIUS, Illustriss. Pr. Monsterbergens. Consiliarius.

Æquidicæ coluit, dum vixerat, arva Themistæ;
Agricolam Fama quis neget ergo bonum?

(N. Olsnæ 12. Nov. An. 1606. θ.)

M. ANTONIUS PAUSIUS, prius Scholæ ad D. Corporis Christi Moderator, dein Pastor.

Hic opifex ludi Scholici non ultimus audit;
Inde sui vernans Nominis auxit epos.

(N. Vratisl. Patre Matthia, Reip. Vratisl. Notario: promovit in Magistrum Colon. Agrippin. An. 1517. Ludum litterarium in Classes ordinavit: Collegas habuit M. Andream Wincklerum, Andr. Moibanum, Bonaventur. Köslerum, & M. Johan. Widekopff. Discipulorum cætus excessit numerum 300. An. 1523. grassante malo epidemiali cessavit ad tempus. Anno v. 1544. hic ipse Pausius in Templo supra nominato concionari, novamque Scholam erigere cepit. Polius in MS.)

M. HENNINGUS PAXMANNUS a Burgvvöhel, Scholæ Ducal. Lignicens. Rector.

Rexit Paxmannus Scholicum cum laude tribunal;
Hanc laudem integritas huic probitasque dedit.

(*N.* Lunæburgi Sax. 2. Febr. An. 1534. θ. Lignicii 4. Maji An. 1561. æt. an. 28. curr. off. an. 2. m. 2. Epitaph.)

HENRICUS MARCUS, Johan. Fil. a PEIN, in Majori Sirdanig. & VVessig, Reipublicæ VVratislaviens. Senator.

Polliit ingenium tibi Suada, Minerva, Saisque,
Quis dolor atque metus cor cruciare queant?

(*N.* 28. Jan. An. 1619. θ. Vrat. 21. Jan. An. 1668. ætat. an. 49. curr. off. Senat. an. 12.)

JOHANNES a PEIN, in Majori Sirdanigk & Wessig, U. J. D. Consiliarius Cæsareus, Ducatus Vratislav. Cancellarius, & Reipubl. Vratislav. Syndicus.

Jure meo sum pœna malis, quos crimina fœdant;
Terretur virtus nomine nulla meo.

(*N.* in Domo Gleichenstein 10. Martii An. 1582. θ. Vrat. 14. Sept. An. 1649. æt. an. 67. m. 6. d. 4. off. 27.)

CHRISTOPHORUS PELARGUS, SS. Theol. D. Sereniss. Electori Brandeburg. a Consiliis Sacris, Acad. Francofurt. P. P. & Generalis totius Marchiæ Superintendens.

Audio Marchiacæ sacer Archi-Episcopus oræ;
E Scriptis Genii vis patet ampla mei.

(N. Suidnicii M. Johanne, Eccl. Suidnic. Pastore, & Agnetha Heidenreichia, Parentibus, 3. August. An. 1565. Calagius. C. E. S. plur. Draud. In Ministerio succesit D. Christoph. Cornero, An. 1594. Buch. θ. Francofurt. cis Viadr. 10. Junii An. 1633. æt. an. 68.)

M. DANIEL PELARGUS, Ecclesiæ Patriæ Diaconus.

Theulogiæ Sophiam junxi, feliciter illam
Dum sequor, insequitur mors, & ad ima rapit.

(N. Suid-

(N. Suidnicii. θ. in Patria 27. Sept. An. 1600. æt. an. 31. Minist. an. 2. septim. 26. Epitaph.)

GREGORIUS PELARGUS, prius Ecclesiæ Francosteiniensis Diaconus, deinde Primus Evangelicæ Religionis Pastor Olsnæ.

Iste reformata Primus fit Doctor in Æde,
Monstrans quei pote sint corda salute frui.

(Olsnam vocatus An. 1538. θ. ibid. An. 1558. Minist. an. 20. Hubrigius.)

M. JOHANNES, D. Christophori Pat. PELARGUS, Ecclesiæ Suidnicens. ad D. Mar. Virg. Primus Evangelicus Pastor.

Induperatorem stantem excessisse, decorum est;
Hoc decus, hoc perpes laudis aroma meum est.

(N. Freistadii. θ. Suidnicii in suggestu apoplexia 8. Aug. An. 1599. æt. an. 66. Minist. 38. Epitaph. Successit ei M. Frid. Holstenius, olim Eccl. Boles. Past. Polius.)

ANDREAS PERSTENIUS, Sil. Med. D. & Lib. Bar. a Promniz Archiater.

Corporis a morbis mea Practica vindicat ægros;
Vindictam a morbis pectoris Ethica habet.

(N. Bilicii. Clar. ed. Scr. An. 1605. Draud.)

JACOBUS, Thomæ Fil. PETROSELINUS, Ecclesiæ Trebnicensis in Moravia Pastor.

Ludibrium Sortis licet hic extorris oberret;
In Claria vivit mortuus usque domo.

(N. Cunstadii. Clar. ed. Scr. plur. inprimis Postilla super Epistol. Dominicales. ♃. Exsul Wratislav. 14. Octob. An. 1633. Regenvolscius.)

PETRUS, I. Eq. Silesius. e Familia derer von Fuchs, e Scholastico & Canonico Episcopus Vratislaviensis IX.

Iste Boleslaum Stanslai ob fata cruenta
Banno agitans, Patriæ plurima damna creat.

(Elect. 8. Sept. A Petro, Archi-Episcopo Gnesnens. Ordinatus. θ. in veneranda canitie An. 109'. Curæus. Polius.)

PETRUS, II. Decretorum D. e Decano & Canonico Episcopus Vratisl. XXXI.

Conflatum prius æs parce vivendo resolvi:
Turca furit; precibus pugno; Sacra aucta vigent.

(N. in pago Novvack, prope Nissam, e gente rustica. Procesſionem magnam sub ipso festo Corporis Christi primum ordinavit. θ. Ottmachoviæ 6. Febr. An. 1456. Duglossus. Sepult. Vrat. ad D. Joh. Polius.)

DANIEL PEZOLDUS, JC. & in Illustri Gymnas. Bregeo Institutionum P. P.

Instruit hic Themicam pubem, justumque revelat,
In Philii sacro totus & in Phidii.

(N. Dominica Palmarum An. 1588. θ. in Itinere Nissa domum rediens prope Grotgoviam a septem sicariis globo cum aliis trajectus 27. Mart. An. 1632. æt. an. 44.)

GEORGIUS PEZOLDUS, Ecclesiæ Petro-Paulinæ Lignicensis Pastor, & Ducatus Superintendens.

Pro norma, pie Christe, tua zelo sine Celum
Monstravi; contra Zoile numquid habes?

(N. Goldbergæ mens. Oct. An. 1538. ♃. Lignicii 31. Dec. h. 5. matut. An. 1598. æt. an. 60. m. 1. d. 10. Epitaph.)

ERNESTUS a PFOERTNER & Helle, in Pöppelvviz, Collegii Senatorii in Republ. Vratislav. Præses.

Et comis gravitas, variique peritia Juris
Orchestræ Patriæ scandere celsa dedit.

(N. 18. Jan. An. 1590. ♃. Vrat. 27. Nov. An. 1657. æt. an. 67. mens. 10. off. 36.)

GEORGIUS PFOERTNER in Pöppelvviz & Wilckavv, Reipubl. Vratisl. Senator,

Ingenio

Ingenio felix, vultu gravis, inprimisque
In Patrios manes officiosus erat.
(θ. Wrat. 25. August. an. 1607. æt. an. 55. off. an. 12. Polius in *MS.*)

FRIDERICUS PFUTZNERUS, primus novi Nosocomii extra urbem Concionator.

Peste laborantes dum curo malagmate verbi,
Pestifera una ipsum me quoque tollit Eris.
(*N.* Wratisl. θ. in Patr. peste 22. Decemb. An. 1599. ætat. an. 30. circiter. Polius.)

JOHANNES PHYRETIS, Scholæ prius Wartenbergens. Moderator, deinde Templi ad D. Christophori VVrat. Pastor Polonicus.

Servio, CHRISTE, tibi, Linguarum idiomata versans;
Me duce, verbum audit terra Polona tuum.
(*N.* mense Majo An. 1554. θ. Glacii apoplexia 22. August. an. an. 16 8. æt. an. 65. curr. Minist. an. 37. Pol. in *MS.*)

ALMERICUS PICCOLOMINEUS, Pisauro-Italus, JC. Eccles. Cathedral. VVrat. Præpositus, Consiliarius Cæsareus, & Apostolicæ Sedis Protonotarius.

In Chronicis mihi laus erat impallescere chartis,
Pallida mors titulos eripere hosce nequit.
(θ. Wrat. 14. Maji an. 1568. æt. 49. Epitaph.)

JOACHIMUS PICUS, vulgo Specht / prius Scholæ Freistadiensis Rector, deinde in Patria Theologus Glogoviensis.

Picus hic Elysio merito mirandus in orbe est;
Gloga per hunc novum habet Relligionis opus.
(N. Glogoviæ 23. Decemb. An. 1519. E. Reusner. Fuit Lutheri & Melanchthonis auditor. Ex speciali concessione D. Maximil. II. Rom. Imp. concionari cœpit in pago Brusta, prope Glogoviam, 28. Maji, ipsa Dominica Trinitatis an. 1564. Polius & Adamus in vita Joach. Curæi. θ. in Patr. ipso d. Natali, 23. Decemb. An. 1579. æt. an. 50. Minist. 15. Buch. Pol.)

JOHANNES PILGRAM, Ph. & Med. D. ac Physicus apud VVratislaviens. feliciss.

Practicus anne senex, modo felix? practicus ut sim
In senio Praxin quæroque & invenio.

(*N.* Strelæ, sub initio An. 1580. ♃. Wrat. 18. Februar. an. 1636. æt. an. 56. curr. off. 2.)

ABRAHAMUS PINNAVIUS, prius Ecclesiæ Mar. Magdal. VVrat. Diaconus, deinde verbi Minister in Auschvviz.

Non uni mandata loco mihi tradere verbi
Dogmata; Bresla hinc me dirigo ad Auschvvitios.

(N. in oppido Silesiæ inferioris Netka, ad Oderam, 2. August. An. 1537. Henelius. Clar. abiens Bresla 12. Febr. an. 1571. ætat. an. 34. Pol. in *MS.*)

BARTHOLOMÆUS PITISCUS, Theologus, Friderici IV. Elector. Palatin. Concionator Aulicus, Mathematicorum sui temporis facile Princeps.

Patria mons viridis, Myrtillifer hospita tellus;
Dux sacra monstrantem me Palatinus habet.

(*N.* in pago Schlauna, Grunæbergæ inferioris Sil. oppido adlaterali, 24. August. An. 1561. ex Bucholc. Gualter. C. E. S. Draudius. *θ.* Heidelbergæ ex obstructione scirrhosa hepatis 17. Julii S. N. An. 1613. intr. hor. 6. & 7. matut. æt. an. 52. curr. Mel. Adamus. Johan. Tonjola in Epitaph. exoticis.)

AMBROSIUS PITSCHIN, prius Reipubl. Lignicens. Notarius, deinde Consul.

Suasor ego fueram, quo Civicus ordo repugnet;
Immemor at fidei, proditor ense cado.

(Decollatus Lignicii ob crimen perduellionis 24. Julii An. 1454. Polius.)

ADAMUS PLACOTOMUS, Ecclesiæ Francosteiniensis Pastor,

Est

Eſt aliquid placuiſſe Duci, placuiſſe popello;
Sed CHRISTUM Dominum prodocuiſſe juvat!

(*N.* Sagani. *θ.* Francoſteinii 28. Nov. An. 1575. Miniſt. an. 4. menſ. 2. Epitaph.)

ACHILLES PLUSIUS, Phamacopœus Novoforenſis, Vir eximie doctus.

Pharmaca dum Medici calamo præſcripta figuro,
Non pote ſum Clejus non memor eſſe meæ.

(*N.* Wratislaviæ, Matthæo Reich, & Anna Schnitzeria, Parentibus, 14. Decemb. An. 1563. Calagius. Vixit ed. Epigramm. Symbol. An. 1608. æt. an. 45.)

PRECISLAUS a POGRELIA, Eq. Sileſius in Sabersdorff, Duc. Francoſteinienſis, Epiſcopus VVratislavienſis XXVII.

Grotgovium ære meo Cathedralis Bresla Ducatum
Obtinet, inde mei non memor eſſe nequit.

(Elect. 5. Maji die ſuo Natali. Confirmatus a Benedicto III. P.P. *θ.* Ottmachoviæ 6. April. an. 1376. ætate & gloria maturus. Sepult. in Sacello Manſionariorum Wrat. Sedit an. 35. Polius. Per VII. annos vacavit Sedes. Nicol. Henelius.)

AMANDUS POLANUS, Patria a Polansdorff, SS. Th. D. & in Acad. Baſilenſ. P. P.

Raurica Sleſiacum cernens Baſilea Polanum,
Et vita & Fama Theulogus, inquit, hic eſt.

(*N.* in pago Polansdorff prope Oppaviam 16. Decemb. A. 1561. Bucholcer. Calagius. Duxit in uxorem Joh. Jacob. Grynæi Filiam. Polius. C. E. S. plur. Draud. *θ.* Baſileæ 17. Jun. S.V. an. 1610. æt. an. 49. Tonjola. Adamus.)

NICOLAUS POLEMANNUS, primus Eccleſ. ad D. Georgii, Olsnæ, concionator & Præpoſitus.

Te, puri verbi latices bibit Olsna, Magiſtro,
Hinc dictus, manus ac ſis, Polemanne, poli.

(N. Ols-

(*N.* Olsnæ 19. Junii an. 1558. Epitaph.)

MATTHIAS POLENIUS, U. J. D. in Acad. Francofurt. cis Viadr. P. P. & Sereniss. Electoris Brandeburg. Consiliarius.

Pollet Polenius Legum scitamine quovis,
Hinc summo, hinc imo sollicitandus adest.

(*N.* in prædio Lobdavv, superioris Silesiæ, 22. Febr. circ. 9. vesp. An. 1579. Vixit ed. Epigramm. Symbolico an. 1629.)

PETRUS POLENIUS, U. J. D. in Pædagogio Illustr. Bethaniens. Juris P. P.

Juris inaccessi recludo palatia pubi;
Utque adeant laudis culmina, monstro viam.

(Clar. An. 1620.)

CHRISTOPHORUS a POLEY, in Thiergarten, Reipubl. Patr. VVrat. Senator Primarius, & Scholarum Præses.

Pulegium vernans Patrii es, vir magne, Senatus;
A Genio venit gratia tanta tuo.

N. Wratisl. 3. Octob. An. 1561. θ. ibid. 4. Febr. an. 1637. æt. an. 76. off. Senator. an. 25.)

PAULUS POLIOGONIUS, Senior, Poeta Græco-Latinus, Scholæ Ducalis Olsnensis Con-Rector & Cantor.

Quæ Poliogonius dat Carmina Græco-Latina,
Negligat ut tellus; at canet illa polus.

(*N.* Rieth Northusæ Thuring. 28. Novemb. An. 1577. Clar. ed. Scr. θ. Olsnæ 5. Decemb. an. 1648. æt. an. 72. off. 42.)

M. CHRISTOPHORUS POLIUS, Eccles. Patriæ Minister.

Scripturæ ex adytis aditum super ardua monstrans
Tecta poli, Polii nomine jure feror.

(*N.* Leobschüz. θ. in Patria 18. Febr. An. 1609. Aleutnerus.)

NICO-

NICOLAVS POLIUS, Ecclesiæ Patriæ Mar. Magdalen. Senior, & Archi-Diaconus.

Dic, venerande Poli, polus an tibi nominis autor?
Esse polo natum te pietate probas.

(*N.* Wratisl. Thoma, Eccl. Mar. Magd. Diacono, & Margaretha Appelia, Parentibus, 1. Decemb. An. 1564. Calagius. C. E. Scr. plurimis. θ. ibid. 16. Febr. an. 1632. æt. an. 67. septiman. 11. Minist. an. 39.)

THOMAS, Nicolai Pat. POLIUS, Ecclesiæ Mar. Magdal. VVratislav. Diaconus.

Monstravi poli ad alta viam, duce & auspice CHRISTO,
Auspice CHRISTO eadem me via ad alta tulit.

(N. Olsnæ 24. Decemb. An. 1531. θ. Wratisl. peste 27. Julii an. 1568. æt. an. 37. m. 6. *M*inist. 11. Polius.)

M. MICHAEL POLL, P. L. Medicinæ Cand. prius Scholæ Landspergens. in Marchia, deinde Gymn. *M*ar. *M*agdalenei, denique Elisabetani Rector, & reliquarum Inspector.

Polius Iätricæ socius se Palladi dédit,
Nectareo potans ora tenella vado.

(*N.* Wratisl. 18. Febr. An. 1577. C. E. S. an. 1616. θ. in Patria 13. Febr. an. 1613. æt. an. 54. off. Rectorat. Mar. Magdal. an. 10. Elisabetan. an. 11. Polius.)

M. ANDREAS, Lucæ Frater German. POLLIO, prius Ecclesiæ Novoforensis, deinde Mariæ Magdalen. Wrat. Diaconus.

Cognitione sacri pollebat Pollio verbi;
Nunc Jovæ pollet cognitione polo.

(θ. VVrat. 23. Nov. An. 1585. ætat. an. 33. *M*inisterii an. 2. Polius in *MS.*)

DANIEL POLLIO, Ecclesiæ ad D. Georgii Olsn. Præpositus.

Pollio pollebat pietate, modestia & arte,
Quæque est in CHRISTI sanguine nixa, fide.

(θ. Olsnæ An. 1579.)

M. JOACHIMUS POLLIO, prius Ecclesiæ Boleslaviens. deinde Mariæ Magdaleneæ in Patria Pastor.

Patris ad ingenium genitum te, Pollio docte,
E zelo & scriptis sat patet, euge! tuis.

(N. VVrat. Luca, ad D. Mar. Magd. Pastore, & Martha Georgia, Parentibus, 26. Augusti. post solis occasum an. 1577. Calagius. C E. S. θ. ibid. 25. Januar. an. 1644 æt. an. 67. Ministerii an. 44.)

M. JOACHIMUS, M. Joachim. Fil. POLLIO, Eccl. Mar. Magdalen. Wratisl. Archi-Diaconus & Senior, ut & Collegii B. Virg. Lipsiæ Collegiatus.

Simplicitatis amans tua sum sacra, CHRISTE, secutus;
Alta alii sapiant; alta ego jam teneo.

(N. Boleslaviæ 7. April. An. 1602. θ. VVrat. catarrho apoplectico 3. Junii An. 1656. æt. an. 54. Minister. 22.)

M. LUCAS, M. Joach. Sen. Fil. POLLIO, SS. Th. Baccalaureus, Ecclesiæ D. Nicolai Lipsiæ Diaconus, & Collegii PPrr. Minor. Collegiatus.

Me plenis animis & plena voce vibrantem
Verba sacro stupuit Concio plena loco.

(N. Boleslaviæ 5. Augusti. An. 1605. θ. Lipsiæ ex doloribus vesicæ 25. April. an. 1643. æt. an. 37. septim. 37. d. 3.)

LUCAS, Lucæ Th. Fil. POLLIO, Phil. & Med. D. Archiater Berolinensis.

Vir

Vis suis Hungaricæ calamo mihi scripta sagaci;
Mi dabit hæc vivos inter habere locum.
(N. VVratisl. θ. Berolini 31. Julii An. 1598. Polius.)

LUCAS POLLIO, Ecclesiæ Mariæ Magdalenex in Patria Pastor.

Lucas æternæ docuit qui gaudia vitæ,
Æternæ Lucis gaudia perpes agit.
(N. VVratisl. mens. Julio An. 1536. Clar. ed. Scr. Draud. θ. in Patr. calculo, 31. Julii post. 8. vesp. An. 1583. ætat. an. 47. Ministerii 18. Adamus & Polius. Concio funebris habita a Fr. Vierlingio Diac.)

ZACHARIAS POLNERUS, Philosoph. & Medicin. D.

Vix Patriam viso Juvenis Medicusque Sophusque,
E Patria in Patriam me jubet ire DEUS.
(N. VVratisl. θ. in Patria 7. Octob. An. 1633. æt. an. 28.)

VALENTINUS POLUS, Ecclesiæ Patriæ Pastor.

Theologica dignum se comprobat arte valens hic;
Atque polo dignum se pietate probat.
(N. Gryphimonti. θ. Bernburgi, in Anhaltinatu, apud Zachariam Filium, An. 1598. æt. an. 98. Ministerii an. 48. Polius.)

M. ZACHARIAS, Valentini Filius, POLUS, prius Ecclesiæ Witeberg. deinde Bernburgens. Pastor.

Quod tibi mens deducta polo, Polus anne vocaris?
An, qvod promoveas credita corda polo?
(N. Gryphimont. θ. Bernburgi 15. April. A. 1599. æt. an. 33. septim. 13. Ministerii 12. Polius.)

M. MARTINUS PONTANUS, German. Brückner, Reip. Hirschberg. Senator.

Tu quoque conjungi doctis, Pontane, mereris,
Qui Clariis genio junctus es ante choris.

(N. Suidnicii die Galli An. 1573. ϑ. Vratisl, 31. Julii An. 1633. ætat. an. 6[illegible].)

TOBIAS PONTANUS, ſive Brückner, Phil. & Med. D. Practicus Vratislav.

Pharmaca me rarus præbere peritius ægris
Pœonia Medicus novit in arte, viris.

(N. 13. Jan. An. 1593. ϑ. Vrat. 22. Jun. hor. 5. matut. 1655. ætat. an. 63. current.)

CHRISTOPHORUS POPPIUS, Eccleſiæ Eliſabetan. Vrat. Diaconus.

Dum vixi, tua ſcripta pie ſum, Chriſte, profeſſus;
Nunc vivit ſumtu Plebs ſtudioſa meo.

(Ubi locorum natus ſit, ignoramus; ſtudioſæ tamen juventuti Theologicæ ortum Legatum conſtituit. ϑ. Vrat. 1. Mart. hor. 2. veſp. An. 1576. æt. an. 76. Miniſt. 21. Polius in MS.)

BALTHASAR PORSCHNITZ, Reverendiſſ. & Ill. Epiſcopi Wrat. Conſiliarius.

Mirari noli celeri me morte peremtum;
Longior in Cœlo vita parata mihi eſt.

(ϑ. Vrat. in Conventu PPrr. & Statuum utriusque Sil. in Curia ibid. repentina morte 15. Febr. An. 1544. Pol. in MS.)

HENRICUS a POSER, Eq. Sileſ. in Majori Nedliz &c. Ducatuum Suidnicenſ. & Javorienſis Syndicus Provincialis.

Viſa mihi Solyme eſt, & Porta, & Perſia, & Indus,
Et quæ non? Equiti gloria rara viro!

(N. 23. Aug. An. 1599. ϑ. Vrat. catarrho apoplectico & ſuffocativo 12. Sept. hor. 6. matutin. An. 1661. ætat. an. 62. Excuſa eſt typis peregrinatio, curante M. Gerlachio, Paſt. Suid.)

JACO-

JACOBUS POZAROWSKY, Ducalis Monasterii ad D. Vincent. Wrat. Abbas XXV.

Exemplar frugalis erat vitæque, reique;
Nec mortis caussam noverat ipse Medens.

(θ. Vrat. 23. Jan. An. 1515. Succedebat ei Johannes Fabri; Confirmationem Romæ quærens, in reditu incidit in insaniam. θ. Olomucii An. 1516. Cui succesit Valentinus Knieband. Polius in MS.)

MARTINUS PRÆTORIUS, Med. D. Poeta, Poliater & Canonicus Magdeburgensis.

Suidnidos Elysiæ sim laus, uti parthenopesque,
Utraque promeruit; Phœbus utrumque dabit.

(N. Suidnicii 10. Nov. An. 1557. C. E. S. plur. Draud. θ. Magdeburgi 22. Nov. h. 8. vesp. An. 1615. æt. 58. Orat. fun.)

LEONHARDUS PRAUSER, Illustriss. Pr. Olsnens. Consiliarius.

Ante fuit Ligiæ qui Cancellarius Aulæ,
Post tulit Olsnensi munia grata Duci.

(N. Lignicii. θ. VVratislav. 22. Julii An. 1555. ætat. an. 48. Grunæus.)

CHRISTOPHORUS PREIBISIUS, Phil. & U. J. D. Com. Palat. Cæsar. S. R. I. Exemtus, Acad. Lipsiens. P. P. & Facultat. Juridic. Senior.

Vixit Academici pars hic Vir prima Senatus;
Omne Dices novit Pansophiæque bonum.

(N. Sprottaviæ 2. Febr. An. 1580. θ. Lipsiæ cælebs 1. Mart. An. 1651. æt. an. 71. Christian. Daumius.)

CHRISTOPHORUS PREIBISIUS, SS. Th. D. & in Academ. Lipsiens. P. P.

Quis non Christjanum te prædicet ore Periclem?
Qui lingua penitum fulmen in ossa vibras.

(N. Boleslaviæ 18. Maji An. 1605. θ. Lipsiæ in Rectoratu 1. Martii An. 1651. æt. an. 47.)

M. JOHANNES PREIBISIUS, Collegii B. Mariæ Virg. Senior, Facultatis Philosoph. Adsessor, & Reip. Lips. Prætor.

Præbuit Eurynome tibi, Suada suosque lepores;
Hinc Phœbi atque Dices diceris esse nepos.

(N. Sprottaviæ. θ. Lipsiæ 5. Sept. An. 1660. Daumius.)

M. VALENTINUS PREIBISIUS, Concionator Arnimbianus Castrensis, Eccles. Berolinensis Præpositus, & reliquar. Inspector.

Christi Evangelium profiteri in rure vel urbe,
Magnanimæ reputas strenuitatis opus.

(N. Boleslav. 14. Febr. An. 1588. θ. Witteberg. 17. Jan. h. 4. mat. An. 1632. æt. an. 45.)

M. CASPAR PRIDMANNUS, Gymn. Mar. Magd. Vrat. Rector.

Sparta mihi vere est magno cum fœnore gesta;
Discipulus probat hoc munere quisque suo.

(N. Glogoviæ. θ. Vrat. 8. Aug. An. 1598. æt. an. 60. off. an. 23. Polius in MS.)

CAROLUS PRINTZ a Buchavv, Consiliarius Cæsareus, & Regii Judicii Capitaneatus Wratislav. Adsessor.

Antiquæ virtutis homo, fideique, vocabar;
Dicebarque Dices non inamœnus honor.

(θ. Vrat. 27. Junii An. 1652. æt. an. 67.)

DANIEL PRINTZ a Buchavv, in Falckenavv & Crossen, Camer. Imperial. Sil. Consiliar. Com. Palat. & Appellationum Prag. Cæsar. Adsessor Primarius.

Invicto mea nota fides, mea Fama Rudolpho;
Hinc Cameræ Elysiæ me quoque Jura tenent.

(N. Leo-

(*N.* Leobergæ 14. Septemb. An. 1546. ex Bucholc. El. Reusnerus. *θ.* Vrat. 12. Octob. An. 1608. æt. an. 62. off. an. 40. Henelius & Polius.)

ADAMUS PRIPADLOVIUS, Theologus & Poeta, Ecclesiæ in Banckvviz Pastor.

Sacra Pripadlovius JOVÆ versavit & Hæmi;
JOVA polum tribuit; cætera Apollo dabit.

(*N.* Picinii. *θ.* Banckvvicii 23. Sept. An. 1617. æt. an. 42.)

CASPAR PROBUS, Sil. Ecclesiæ Mertschian. Pastor & Presbyterii Lignicens. Senior.

Delitias mundi fugi cane pejus & angue,
Verna Dei ut fierem nomine, reque, probus.

(*N.* Boleslaviæ. *θ.* in Pastoratu 19. Jan. An. 1627. æt. an. 79. mens. 8. d. 5. Minist. 57.)

DOMINICUS, Petri Frat. PROCKENDORF, Sacr. LL. D. Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Wratislav. & Archi-Diaconus.

Et Canonum Decreta & mystica Biblica versans,
Emeritum a Canonum Nomine nomen alo.

(N. Vrat. 4. Aug. horis vespertin. An. 1487. Calagius. *θ.* in Patria 13. Maji An. 1552. æt. an. 65. Epitaph.)

JOHANNES, Petri & Dominici Frat. PROCKENDORF, Reip. Patr. Vrat. Senator.

Collegam patrii me fecit Suada Senacli;
Fratribus hinc nolo cedere, nec valeo.

(N. Wrat. Patre Johanne III. Consul. & Matre Catharina Stönichia, 1. Febr. An. 1485. Calagius.)

MATTHÆUS, Johannis, Dominici & Petri Frater, PROCKENDORF, in Schosniz.

Libe-

Liberioris amans auræ Matthæus adhæsit
Fratribus, atque pari laudis honore vigens.

(N. Vrat. 21. Sept. An. 1501. Calagius.)

PETRUS PROCKENDORF, U. J. D. Eccles. Cathedral. Patr. Vrat. Canonicus, & in Academ. Lipsiens. Rector.

Jus utrumque colens, Canonum scita aurea sector;
Hinc Famæ accessit majus agalma meæ.

(N. Vratisl. Johanne Consule, & Catharina Stœnichin, Parentibus, 1. August. h. 9. matut. An. 1508. Calagius. Fit Rector Acad. Lipsiens. An. 1532. Id. Cal. ♃. in pago Schossniz 12. Sept. An. 1542. æt. an. 34. Epitaph.)

BALTHASAR a PROMNITZ, Eques Siles. Diœces. Freistadiens. e Decano & Canonico Episcopus Wratislaviensis, Supremus per utramque Silesiam Præfectus.

Dum Generi ingenio superaddere quæsii honores,
Sors famulans partes addidit æqua suas.

(Elect. 18. Sept. An. 1539. Solennissime receptus 14. Decemb. per Nic. Schebiz Ducat. Vrat. Capitan. & Albert. Sauerman. & concomitat. in Insul. D. Joh. An. 1554. 22. Octob. Copulavit Joh. ab Oppersdorff cum Filia Ottonis a Parchvviz. ♃. Nissæ febri quartana 20. Jan. (19. Pol.) An. 1562. æt. an. 74. Sedit an. 23. Curæus, Henelius, & Polius.)

HENRICUS ANSHELMUS, L. B. a PROMNITZ, Consiliarius Cæsareus, Camerarius, & Inferioris Lusatiæ Præfectus.

Si Genus antiquo Proavorum sanguine quemquam
Nobilitat, vere es Promnitiana Venus.

(Duxit Sophiam, Sigismundi, L. B. a Kurtzbach, & Helenæ, Du-

cis

cis Lignicensis, Filiam, 22. Januar. An. 1590. θ. Lubenæ, in castro Regio, febri hectica 4. Martii An. 1622. æt. an. 57. sept. 16. d. 1. Polius.)

SIGISMUNDUS SEYFRID, Sacr. Rom. Imp. Comes de PROMNITZ, Dn. in Pless &c. Judicii Elect. Sax. in Infer. Lusatia Præses.

Promnitios inter Legumlatrice Themista,
Et Phœbo atque Fido judice, prima tenes.
(θ. in Thermis Hirschbergensibus 30. Junii An. 1654. ætat. an. 59.)

SIGFRID a PROMNITZ, L. B. in Soravv, Pless, Trübel, Hoyersvverda &c. Dn. in Falckenberg.

Eirene ductrice mihi victoria parta est;
Omine vivo polo: Nomine vivo solo.
(θ. Wratisl. in ædibus suis 11. Febr. An. 1618. Polius in *MS.*)

SIGFRID a PROMNITZ, Præses Cameræ Sil. L. B. in Soravv, Pless, Tr. Hoyersvv. Dn. in Falckenberg, Ducatus Saganensis Usufructuarius, Consil. Cæs.

Elysiæ Cæsar Cameræ mihi tradidit Acta,
Fidus in officio laudis aroma fero.
(θ. Soraviæ 25. Febr. A. C. 1597. æt. an. 63. C. C. D.

JOHANNES PROSKOWSKY, Ducatus Oppoliensis Præfectus.

Et Genus & Genius multo me nomine clarant;
Illud habet Tellus, hic super orbe viget.
(θ. 17. Oct. An. 1590. Polius in *MS.*)

SIGISMUNDUS PRUFERUS, Reipubl. Vratislav. Scabinographus.

Acta fori signans, legum ratione probavi
Quæ bona; quæ contra, sunt reprobata mihi.

 (θ. Vrat.

(θ. Vrat. 7. Jan. An. 1530. Polius.)

JOHANNES PUCHER, Reipubl. Vratisl. Senator Primarius.

Ob raram vitæ probitatem, artemque regendi
Faverunt populi publica Vota mihi.

(θ. VVratislav. 9. Maji An. 1592. ætat. an. 65. off. 23. Polius in *MS.*)

JOHANNES PUCHER in Puche, Reipubl. Wrat. Senator & Camerarius.

Si quem doctrina & morum concinna venustas
Nobilitat, temet nemo secundus erit.

(N. 7. Febr. An. 1575. θ. Vrat. 12. Oct. An. 1625. ætat. an. 50. off. 19. Pol. in MS.)

SIGISMUNDUS PUCHER a Puchen, in Petervviz, Reipubl. Patr. Senator, & Scholarum Præses.

Eloquium grave me, me candor & integer ævo
Mancipat; his Patriæ nempe corona fui.

(N. Vrat. θ. in Secessu suo Petervviz 20. Julii An. 1568. æt. an. 43. off. Senat. 10. Martin. Hoffman. & Pol. in MS.)

SIGISMUNDUS PUCHER a Puchen Senior, Reipubl. Vratisl. Senator.

Breslæo Virtus, Suadela, Fidesque Senaclo
Me dedit; at pietas relligiosa polo.

(θ. VVratislav. 5. Januar. An. 1547. off. Senator. an. 13. Polius in MS.)

JOHANNES PUCHNERUS, Silesius, Med. D. Illustr. Austriæ Superior. Procerum Physicus Ordinarius.

Curavi quam sæpe febrim fata atra minantem,
Me subigens curam lusit iniqua meam.

(θ. Lin-

(♰. Lincii febr. petechial, An. 1525. æt. an. aliquot 40. Schvvartzbach.)

BALTHASAR PUCKLER a Groditz, Hæreditarius in Falckenberg, Cujavv & Cantersdorff, S. C. Mtis Dapifer, & Ducatuum Oppavienſ. & Ratiborienſ. Aſſeſſor Provincialis.

Cujavienſe meo ſtructum ſatis ære Sacellum
Corporis oſſa tenet; Mens ſuper axe viret.

(♰. 14. Aug. An. 1591. æt. an. 48. ſeptim. 18. Sepult. in Templo Cujavienſ. a ſe exſtructo. Polius in MS.)

JOHANNES PURMANNUS, Ph. & Med. D. Ducat. Wolavienſ. & Adjunctar. Provinc. Medicus Ordinarius.

Sollicitudo rei Medicæ Praxisque ſalubris,
Me letho eripiens vivere læta dabit.

(N. Novofori 26. Maji An. 1573. ♰. Wolav. 27. Jan. An. 1602. æt. an. 28. m. 8. d. 11. Epitaph.)

DANIEL PUSCH, JC. & Practicus in Patria.

Ad Themin a Muſis me Patria Bresla ciebat;
Jura fori at tractans jura necis ſubeo.

(N. Vratisl. ♰. in Patria 28. Decembr. An. 1610. æt. an. 42.)

FRIDERICUS PUSCH, JCtus & Wratislaviæ Practicus.

Æqua tenens, Juris ratione refutat iniqua;
Patronus cauſſæ ſic cluit ille bonæ.

(♰. Vrat. 13. Martii An. 1628. æt. an. 69.)

GEORGIUS PUSCHMAN, Samuelis Frater, U. J. D. & in Aula Cæſarea Agens.

Diva Themiſta meae fuit unica cura Juventae;
At tenuit curſum mors inopina meum.

 (N. No-

(N. Novofori 23. Jan. An. 1577. ϑ. Viennæ An. 1605. æt. an. 29. Polius.)

SAMUEL PUSCHMAN, U. J. D. Feudorum in Regno Bohemiæ Secretarius.

Scaevola cum Baldo, cum Jaſone Papinianus,
Verſarunt Genium nocte, dieque, meum.

(N. Novofori, Georgio Patre, loci Senatore, 30. Martii An. 1565. (1575. Calag.) ϑ. Pragæ 29. Auguſt. An. 1603. ætat. an. 38. Polius.)

M. CHRISTOPHORUS QUARTUS, Eccleſiæ Glogovienſis Paſtor.

Primus o in Celis modo ſim! Cognomine Quartus
Jure ferar; Chriſtum corde tuliſſe, ſat eſt.

(N. Vratislav. menſ. Decemb. An. 1548. θ. Glogoviæ catarrho, quarto die ab obitu Collegæ ſui & Archi-Diaconi, Pauli Gryphii, 20. Januar. An. 1621. æt. an. 73. Miniſterii an. 40. Pol. in MS.)

JOHANNES QUEISCHWITZ, Conſiliarius Cæſareus, e Paſtore Niſſenſ. Ducal. Monaſterii ad S. Vincent. VVratislav. Abbas XXXII.

Induperatori laus eſt placuiſſe; deinde
VincentI Cathedræ me tenuiſſe locum.

(N. Bregæ. θ. Vrat. apoplexia 3. Dec. An. 1596. Epitaph. Succeſſit ei Georg. Scholz, SS. Th. D. & Eccleſ. Cathedral. Vrat. Canonicus. Pol. in MS.)

ABRAHAMUS QUOSIUS, Eccleſiæ Patr. Grunæberg. Archi-Diaconus.

Delitiatorem perhibet me rumor in Hæmo;
Dicier hic talis geſtio in æde DEI.

(N. Grunæbergæ die Sabbathi ante Dominicam Jubilate An. 1565. C. E. S. Vixit An. 1617. æt. an. 52.)

CAS-

CASPAR RADECKER, SS. Th. Licent. Ecclesiæ Leobergensis Pastor.

Sementem CHRISTI feci bene largus in arvis,
Irrita quei fructu res foret ista suo,

(♰. Leobergæ 20. Sept. An. 1587. ætat. an. 72. Minist. 34. ex Epitaph. Polius.)

MARTINUS RADECUS, Eccles. Elisabeth. VVratisl. Diaconus.

Primus amor mihi JOVA fuit; fuit alter Apollo;
Iste virere solo me dat, & ille polo.

(*N.* Suidnicii. ♰. VVrat. 11. Sept. An. 1565. æt. an. 78. Minist. an. 30. Pol. in *MS.*)

CHRISTOPHORUS, Servatii Fil. RADEMAN, in Kattern, U. J. D. prius Acad. Francofurtens. Patriæ P. P. Illustriss. Septem-Viri Brandeburg. ut & Ligio-Bregensium PPrr. Consiliarius, & Reipubl. VVratislav. Syndicus.

Nomine qualis eram, re talem Bresla probavit,
Consiliatoris Legibus usa sui.

(♰. VVrat. 17. Januar. An. 1612. ætat. an. 59. off. 18. Polius.)

JOHANNES RADOLINSKY a Radolina, Ecclesiæ ad S. Cruc. VVrat. Vice-Decanus.

Inservisse Choro mea cura; DEOque sacrasse
Cor, animamque meam, summa volupta fuit.

(*N.* Radolinæ, juxta oppidum Stupta. ♰. VVrat. 14. August. An. 1525. æt. circ. 77. off. 46. mens. 6. Epitaph.)

WENCESLAUS RAPHANUS, German. Mehrrettich/ Med. D. & Reip. Oppaviens. Physicus.

Humanas partes numeris tu jungis amœne;
Hinc Phœbi natum te esse utriusque probas.

 (*N.* VVra-

(*N.* VVratisl. ϑ. Oppaviæ, hydropicus, 20. Septemb. An. 1599. æt. an. 58. Polius in *MS.*)

DANIEL RAPOLDUS, Friburgo-Brisgojus, JC. Consiliarius Episcopalis, & Reverend. Capituli Wrat. Syndicus.

Elysii congesta mihi sunt gesta popelli;
Curæus junxit, me mea dante suis.

(θ. Wrat. 5. Maji An. 1588. ætat. an. 56. Polius in *MS.*)

FRIDERICUS a RATZBAR, Sereniss. Elector. Brandeburg. ut & Illustriss. Pr. Monsterberg. & Olsnens. Consiliarius.

Magnum munus obii magno pro Principe, parvus
Corpore; sed Genii vis operosa fuit.

(*N.* Mense Junio An. 1550. ϑ. Olsnæ 19. Julii an. 1615. æt. 65.)

CASPARUS, L. B. a RECHENBERG, in Kutschdorf, Libischavv & VVengeln &c. Consiliar. Cæsareus, & Ducatuum Suidnicens. & Javoriens. Præfectus.

Induperatoris qui Consiliator habebar,
Consiliis juvi Suidniciense solum.

(θ. 25. Januar. An. 1612. Polius.)

JOHAN. a RECHENBERG, & Windisch Bora, L. B. in Schlave & VVartenberg, Dn. in Freystad, Consil. Cæs. utriusque Palladis excellentissimus.

Dum Gladium mentis, Martis dum sceptra gerebas,
A Marte & Charisin diceris esse salus.

(θ. Pragæ 9. Mens. Sept. A. C. 1537. Sym. Suev. Polius in *MS.*)

MELCHIOR a RECHENBERG, D. Rudolpho, II. Rom. Imp. a Consiliis, & Comitatus Glacensis Capitaneus.

Nobile Sanguen hic est, virtute insignis & arte;
Divi jure potest Cæsaris esse loco.

(*N.* in

(N. in Majori Boravv, prope Freistadium Sil. 8. Maji An. 1550. ex Buch. Reusner.)

M. MELCHIOR REDLICH, Ecclesiæ Gurensis Pastor & Senior.

Sincere durans constanter ea omnia feci;
Qui facit hoc contra, nil facit ille decus.

(θ. Guræ 20. April. An. 1620. æt. an. 60.)

ADAMUS a REIBNITZ & Rhaten, in VVirbiz, Pastervviz, Briete & Novven, Eq. Sil. Judicii Regii Provincialis in Ducatu VVratislaviens. Præses.

Non me Relligio potuit male-fallere-sana;
Nempe sacris totus deditus ipse fui.

(*N.* in Silesiæ Ducat. VVrat. Patre Johanne An. 1550. ϑ. 29. Octob. an. 1614. (An. 1615. Pol. in *MS.*) æt. an. 64. Henel.)

JOHANNES REICH, Ecclesiæ Collegiatæ S. Cruc. VVrat. Canonicus, ad D. Johan. Vicarius, Vice-Decanus & Mansionarius.

Divitiis surgant alii, titulisque cöemtis;
CHRISTE, meæ tua sunt vulnera Divitiæ.

(*N.* Glogoviæ. θ. VVrat. 25. April. An. 1656. æt. 64.)

ADAMUS WENCESLAUS, Henrici Fil. a REICHEL & Schoebekirch, in Magniz, Reipubl. Patriæ Senator.

Laus mihi communes populi cognoscere Leges,
Et Patrii quæ sint condita jura soli.

(*N.* VVrat. mens. April. An. 1627. ϑ. ibid. 23. Julii An. 1668. æt. an. 41. mens. 3.)

FRIDERICUS REICHEL, SS. Th. D. in Acad. Francofurtensi cis Viadr. Hebr. Ling. P. P. & ejusd. Facultat. ibidem Senior.

Vis

Vis operosa genii, sanctæque scientia linguæ,
Flectere tela trucis nil valuere necis.

(N. Schœnoviæ Ducat. Javoriens. oppido 26. Decemb. An. 1608. θ. Francofurti 11. Febr. An. 1653. æt. an. 45.)

HENRICUS a REICHEL, & Schœbekirch in Magniz, Reip. Patr. Senator, Rei bellicæ Commissarius, & Scholarum ibid. Præses.

Improvisa meum rapuerunt fata Jacobum,
Meque ætate parem dextra nefanda necat.

(N. VVrat. 11. April. An. 1595. θ. sclopeti ictu in via Regia 12. Julii An. 1646. æt. an. 51. off. Senat. an. 21.)

ISRAEL REICHEL, in Grün Aiche, Reip. Patr. Wrat. Senator Primarius.

Cum grege Legatus Ligios sum missus ad agros,
Cesset ut Henrici vis inimica Ducis.

(N. VVrat. Nicolao, Senatore, & Anna a Freiburg, Parentibus, 6. Mart. An. 1529. θ. ibid. 26. Maji. An. 1600. æt. an. 71. off. Senator. an. 30. Polius.)

JACOBUS REICHEL in Tschanisch, Reip. Wrat. Senator, & Illustriss. PPrr. ac Statuum utriusque Siles. Steurarius Generalis.

Quæ juvenem fovere, viro mihi grata fuere
Numina Pierii, luminaque alma, chori.

(θ. improviso ex altis casu, in Secessu suo Tschanisch, 18. April. An. 1613. æt. an. 51. off. Senat. an. 12. Pol. in *MS.*)

NICOLAUS REICHEL, Reip. VVratisl. Senator & Camerarius.

Acta scientifico Cameralia pectore gessi,
Reicheliæ gentis nomina clara tenens.

(θ. VVra-

(θ. VVrat. 9. Septemb. An. 1532. Sigm. Suevus. off. Senat. 18. Pol. in *MS.*)

SERVATIUS REICHEL, Judicii Provincialis in Districtu VVrat. Præses.

Cæſareasque Domos & Regum dia Ducumque
Stemmata, prima hæc eſt quærere cura mihi.

(N. VVrat. e patricio genere 5. Januar. An. 1575. θ. ibid. 24. Julii an. 1624. æt. an. 50. curr. Polius.)

SERVATIUS REICHEL in Jenckvviz, Ducatus VVratisl. Capitaneus.

Mente ego dives eram, Patrii hinc Servator agelli;
Nomina, dic, rebus ſicne decenter eunt

(θ. in Patria 20. Decemb. An. 1569. (1568. Polius.) æt. an. 54. off. Senat. & Capitan. 25. Mart. Hoffman.)

VVENCESLAUS REICHEL, Reipubl. VVratislavienſis Senator.

Servivi Patriæ, Patriam extra cogor obire;
Quid tum? terra bono Patria quæque viro eſt.

(Vir magnæ audaciæ & eloquentiæ, ſufficientis conſilii. ϑ. in Hungaria 19. Aug. An. 1489. Polius.)

CHRISTOPHORUS REICHELIUS, P. L. Eccleſ. Lubenenſ. Paſtor & Senior.

Ordo mihi novus eſt, intus cruce pectora ſignans;
Qui veſtem ſignat taliter, hinc abeat.

(*N.* Bulcolucan. menſ. Sept. An. 1582. ϑ. Lubenæ 26. Octob. an. 1652. æt. 70.)

M. JOHANNES REICHELIUS, P. L. Archi-Presbyter in pago Biſchdorff, Diſtrictus Novoforenſis.

Et Sophia, & Clario merui ſtipendia Phœbo;
Illa hederam, laurum contulit iſte ſuam.

(N. Nissæ, Georgio & Anna Biberia, Parentibus, 26. August. sub crepusculum matut. (2. Septembr. Polius) An. 1567. Clar. ed. Scr. plur. Vixit An. 1611. æt. 44.)

FABIANUS a REICHENBACH, in Petervviz, Quickendorff, Scharffeneck, Truntschendorff, &c. Consiliarius Cæsareus, & Ducatus Monsterberg. Capitaneus.

Judicii vigor & variarum practica rerum,
Auxerunt Famæ perpetuantis opes.

(θ. in Arce Francosteiniens. 20. Martii An. 1605. æt. an. 58. off. 24. Epitaph.)

M. GEORGIUS REIMANNUS, P. L. Eloquent. in Acad. Regiomont. P. P.

Esto! te natum fateatur Apollinis Hæmus;
Te Sophiæ subolem Leucoris alma probat.

(N. Leobschüzii d. Paschat. An. 1570. ♃. Regiomont. 9. Junii An. 1615. æt. an. 45.)

JOHANNES BAPTISTA REIMANNUS, U. J. D. Illustriss. Prr. Ligio-Bregensium Consiliarius.

Jura meum columen; comites virtusque, fidesque;
Cur non Processus sit bonus ergo meus?

(N. Leobergæ, Patre Johanne, mens. Sept. An. 1569. In Doctorem Juris promovit Patavii 10. Octob. an. 1595. ♃. Lignicii 14. Octob. an. 1614. æt. an. 45. Epitaph.)

JOHANNES REIMBABE, Ecclesiæ Cathedralis ad D. Johann. Wrat. & Collegiatæ ad S. Cruc. Canonicus, ut & Rotæ Romanæ per annos XXX. & amplius Adsessor.

Sit Rota! sit mihi crux! oleum mea cura Joannis;
His missis, CHRISTI mors mea vita fuit.

(Ex nobiliss. Reimbabensium Familia oriundus. θ. VVrat. senio confectus, An. 1502. Epitaph.)

ELI-

ELIAS REINWALD, U. J. D. & Practicus apud Olsnens. celebris.

Incolui sylvas, ubi Juris adorea puri;
Nomine cum decus hinc quod mihi, jure feror.

(Clar. ed. Scr. Draud. θ. Olsnæ in Patria 14. Nov. an. 1615. ætat. an. 49.]

HIERONYMUS REINVVALDUS, in Brausdorf & Majori Raden, Sereniss. Marchionum Brandeburg. Consiliarius & Cancellarius.

Caussarum Sylvas puro deducere Jure
Quod potui, hinc Ducibus fax fui honora meis.

(N. Hirschbergæ 5. Novemb. An. 1518. θ. Carnoviæ 14. Mart. an. An. 1596. æt. an. 78. off. 55.)

M. BALTHASAR REISSELIUS, prius scholæ Francosteiniensis Moderator, deinde Ecclesiæ ibidem Pastor.

Natales Hirschberga dedit, Viteberga talentum;
Francstenium officia, & cum thalamo, tumulum.

(N. Hirschberg. mens. Decemb. An. 1546. θ. Francosteinii 2. Dec. A. 1602. æt. an. 56. Rectorat. 4. Pastor. 26. Epitaph.)

M. HENRICUS RETHELIUS, prius Illustr. Pædagogii Bethaniens. Classicus Præceptor, deinde Schol. Patriæ Rector.

Musica Pierios ad pulpita cogere cætus
Cura mihi; curam hanc dum bene curo, sat est.

(N. Sagani. Clar. An. 1616.)

HENRICUS RETHELIUS, Reipubl. Patriæ Saganens. Consul.

Ut patria Patriæ Slesus legat Acta loquela,
Promere Curæum sic, mihi cura fuit.

(N. Sagani 18. Nov. An. 1529. ex Bucholc. Calagius. Clar. ed. Scr. Draud. θ. in Patria 24. April. An. 1594. ætat. an. 65. Polius in MS.)

ANDREAS REUS, Reipubl. Wratislaviensi a Secretis.

Publica quas crebro peperit mihi curia curas,
Permulsit cithara dius Apollo sua.

(Successit hic Johanni Sturmio 22. *Maji* An. 1571. ☉. Wrat. 25. Octob. an. 1603. æt. an. 65. off. 32. Successit ei Christophor. Henscherus 16. Febr. an. 1604. Polius.)

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS, U. J. D. Acad. Witebergens. P. P. & Facult. Juridicæ Vice-Decanus perpetuus, Ordinarius & Senior, Consiliar. Elector. Curiæ Provincialis & Dicasterii, nec non Consistorii Ecclesiast. VViteberg. suprem. Appellationum judicii Adsessor Dresdæ.

Jura docens, æqui justique Patronus haberis;
Mons albus genii gaudet agone tui.

(N. Wratisl. Bartholomæo, Med. D. & Catharina Uthmannia, Parentibus, 28. *Mart.* An. 1565. Calagius & Polius. Clar. ed. Scr. Draud. θ. VVitebergæ 16. Novemb. An. 1629. æt. an. 64. septiman. 34. d. 5. Orat. fun. habita a Sennerto.)

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS, Phil. & Med. D. Reip. Cygneæ Physicus.

In Medicis Chymicæ quæ sint enormia sectæ,
Non veritus filo sum dare Teutonico.

(N. Leobergæ 11. Mart. An. 1532. Clar. ed. Scr. Draud. ☉. Cygneæ 22. Octob. an. 1572. æt. an. 41. curr. El. Reusner.)

BARTHOLOMÆUS REUSNERUS, Senior, Reipubl. Leobergensis Senator.

Clareo Reusneros inter; quid Mome remordes?
Quod virtus, Ars quod promeret, anne neges?

(θ. Leobergæ 21. Decemb. An. 1574. ex Elia Reusnero Nicol. Polius.)

M. CHRISTOPHORUS REUSNERUS, Reipubl. Leobergens. Patr. Syndicus.

In cerebro legere tuo tria Numina sedem,
Suada potens, Pallas dives, honora Themis.

(*N.* Leobergæ. 12. Mart. An. 1537. Calagius. *θ.* ibid. 24. Junii An. 1572. æt. 35. El. Reusn.)

ELIAS, Nicolai JC. Frater, REUSNERUS, Med. Licent. in Acad. Salan. Hist. & Poes. P. P.

Calliopen, Sophiam, Meditrinamque Historiamque
Corde vigere tuo Jena polita docet.

(*N.* Leobergæ 8. Sept. An. 1555. Buch. Calag. Clar. ed. Scr. Draud. Gualter. *θ.* Jenæ 30. Sept. An. 1612. ætat. 57. prof. 21. Andr. Beier.)

HIERONYMUS REUSNERUS, Med. D. Curiæ Variscorum & Nordlingæ Poliater.

Quæ crisis in lotio, morbi quæ caussa latentis,
Willichii mecum Scriptio docta probat.

(*N.* Leobergæ 26. Dec. An. 1558. ex Elia Reusnero, Calagius. Doctor Medicinæ renunciatus A. 1582. Henelius. Clar. ed. Scr. & inter illa Scholiis in Jodoci Willichii Probationes Urinarum An. 1608. Draud.)

JEREMIAS REUSNERUS, JC. in Acad. Witteberg. P. P. ejusdemque Facult. Senior.

Hic quoque Juridici lampas fuit incluta Templi;
Legibus illustrans abdita quæque suis.

(*N.* Leobergæ 4. Maji An. 1590. Clar. ed. Scr. Draud. *θ.* Witteberg. 29. Septemb. an. 1652. æt. an. 62. septim. 2. d. 1. Epitaph.)

JEREMIAS REUSNERUS, JC. Illustr. Comitum a Sollms &c. Consiliarius intimus.

Christo simpliciter vixi, prudenter at orbi;
Sic me non potuit fallere manca fides.

 (*N.* Leo-

(*N.* Leobergæ 1. Nov. An. 1517. θ. 18. Jan. An. 1599. æt. an. 72. ex El. Reusnero Polius.)

NICOLAUS REUSNERUS, U. J. D. Com. Palat. Cæs. Consiliarius Saxonicus, & Acadd. prius Argentin. deinde Jenens. P.P.

NICOLUS est Quadrivir, nam bis duo Corda tenebat
Corde, Dicen, Suadam, Pallada, Calliopen.

(*N.* Leobergæ, Francisco & Barbara Fritschneria, Parentibus, 2. Febr. hor. 12. noctis An. 1545. Bucholc. Krüger. El. Reusner. Clar. ed. Scr. plur. Draud. θ. Jenæ nephritide, in Magistratu, 12. April. An. 1602. ætat. an. 57. m. 2. d. 10. h. 4. Adamus & Beier.)

HIERONYMUS REYMANNUS, U. J. D. Reipubl. Vratisl. Scabinographus.

Litigiosa fori mihi credidit Acta Budorgis;
Nempe meæ fidei novit & artis opes.

(*N.* Leobergæ mens. Octob. An. 1542. θ. Vrat. 6. Oct. an. 1596. æt. an. 54. Pol.)

JOHANNES REYMANNUS, U. J. D. prius Ill. & Rev. Martini & Andreæ, Episcopor. Vratislav. deinde Ill. PPrr. Ligio-Bregens. Consiliarius & Cancellarius.

Nissensi me dia Themis prius addidit Aulæ,
Acciit hinc Aulæ Ligio-Brega suæ.

(*N.* Leobergæ 25. Nov. An. 1544. Calagius. Ejus Symbolum fuit: Deo, Parentibus & Amicis. v. Epigr. Tileni. θ. in Patria 21. Octob. *S. N.* An. 1597. æt. an. 53. curr. Bucholc. Polius: vel æt. an. 52. m. 10. d. 15. Epitaph. Succesit ei Andr. Heugel, U. J. D Polius.)

MELCHIOR a RHEDERN, L. B. in Fridland, Reichen, & Seidenberg, Eq. Aurat. Consiliarius Cæsareus, & Militiæ Præfectus.

Mars mihi dux vitæ, Varadinum Gloria facti;
Hîc gladium pavit trux quoque Turca meum.

(N. Wratislav. in Burgo Cæſareo, Friderico, Conſil. Cæſ. & Cameræ Imperialis Sileſiacæ Præſide, & Salome Schönaichia, Parentibus, 6. Januar. An. 1555. Gualterius. Ad Siſſeckium memorabilem de Turcis reportat victoriam An. 1593. Contra eosdem Varadinum defendit An. 1598. El. Reuſner. Bucholc. θ. Brodæ Teutonicæ, oppido Moraviæ & Bohemiæ contermino, 20. Sept. S. N. an. 1600. ætat. an. 45. Buch. Pol. Nüsler. in Con. fun.)

FABIANUS, Friderici Fil. L. B. a RHEDERN in Fridland & Seidenberg.

Occubat heu! juvenis Rhederæ Gloria Gentis;
Cum ſibi Panſophiae danda tiara foret.

(θ. menſe Auguſt. An. 1572. æt. an. 23. Henelius.)

FRIDERICUS, Melchioris & Fabiani Pater, L. B. a RHEDERN, in Fridland, Seiden, & Reichenberg, Dn. in Toſt &c. Conſiliarius Cæſareus, & Cam. Imp. Sil. Primus Præſes.

Caeſaris ut Camerae bene praeſis, Gloria prima;
Abſit Kindleri mens male-ſuada tui.

(θ. Vrat. in Burgo Cæſareo, morte repentina, 8. Martii An. 1564. Polius. alias: θ. 4. Martii An. 1574. ætat. an. 40. Nicol. Henelius.)

ADAMUS, Nicolai, Capitanei Vratisl. Frater, a RHEDIGER, in Schönborn, Libenſtein, & Gibersdorff, Reip. VVratisl. Senator Primarius.

Profuit hic cunctis, animo nec defuit ulli;
Praefuit & Generi fida columna ſuo.

(θ. 7. Maji An. 1595. æt. an. 62. off. 20. Pol. in MS.)

JACOBUS, Nicolai & Adami Frater, RHEDIGER, Patritius Vratislavienſis.

Delitiae Muſaeque mihi Librique fuere;
Nunc Famae eſt monitrix Bibliotheca meae.

(N. Vrat.

(*N.* Vrat. 24. Jul. An. 1542. Calagius. ϑ. ibid.)

JOHANNES a RHEDIGER, in Slisa, Eques Silef. D. Max. II. Rom. Imp. Consiliarius.

Sol Breslæ, jubar Elysiæ, Pragæ inclutæ Ocellus,
Cæsarei emeruit consiliantis epos.

(ϑ. Pragæ lue Hungarica 12. Martii An. 1567. æt. an. 32. Hoffman. & Polius.)

NICOLAUS, Nicolai Fil. a RHEDIGER, in Strisa & Sponsberg, Eques Silesius.

Rhediger Eusebia natus se dedidit Hæmo;
Hoc decus o quantum sidere Phœbus habet.

(*N.* Augustæ Vindelic. 14. Julii An. 1555. Bucholc. Latine, Græce, Gallice, Italice, & Hispanice doctissimus, Philologus, Polyhistor, & Poeta, inprimis vir pacificus. ϑ. catarrho 25. August. An. 1616. ætat. an. 61. mens. 1. hor. 12. Polius in MS.)

NICOLAUS a RHEDIGER, in Strisa, Schebiz, Zedliz &c. Ducatus Vratislaviensis Capitaneus.

Dum Jus Bresla volet, dum fas, justumque piumque,
Hæc Capite hoc dicet cuncta fuisse sibi.

(*N.* mense Majo An. 1525. ϑ. Vrat. 29. Junii An. 1587. ætat. an. 62. off. 33. Polius)

THOMAS, Nicolai, Capitanei Vratisl. Frater, a RHEDIGER, in Strisa, Eques Silesius, Litteratorum Mecænas.

Bibliotheca meo testamine credita Breslae,
Me doctos inter perpete laude feret.

(*N.* Ipsa Dominica præcedente Festum Natalitiorum An. 1540. Aurea & argentea Numismata (exceptis libris tum typis expressis, tum MStis) pro 17000. floren. æstimata sunt. ϑ. Colon. Agripp. 5. Jan. an. 1576. æt. an. 35. Pol. in MS.)

WILHELMUS a RHEDIGER & Strisa &c. Senior, Ducat. VVratislav. & Districtus Novoforensis Senior Provincialis, Regiique Judicii Adsessor.

Gran-

Grandis honor fuerat Gulielmus ſtirpis avitae,
Eloquio ſuavis, conſilioque gravis.
(*N.* 30. Nov. An. 1592. *θ*. Vrat. 11. April. hor. 10. a. m. An. 1658. æt. an. 66. ſeptim. 10. d. 6. Epitaph.)

DAVID RHENISCH, Mar. Magdalenæus in Patria Eccleſiaſtes.

Bresla ſuo Myſta me nobilis uſa tot annos;
In nato me audit, nunc quoque grata meo.
(N. Vrat menſ. Nov. An. 1536. *θ*. ibid. 23. Febr. An. 1589. ætat. an. 54. off. Schol. 8. Miniſt. 17. Polius.)

DAVID, Davidis Fil. RHENISCH, Eccleſiaſtes & Profeſſor Eliſabetanus in Patria.

Nomine Patris ovans, majori munere fungor;
Munus utrique tamen Vinea, Chriſte, tua eſt.
(N. Vratislav. 1. Junii An. 1572. ϑ. ibid. 23 Octob. an. 1634. ætat. 62.)

DAVID a RHOR, in Seiffersdorff, Eques Sil. Appellationum Cæſar. Conſiliarius.

Quae decori eſt cuivis divina Poetica docto,
Dedecori quei ſit Nobilitate ſato?
(ϑ. Vrat. febri maligna 10. April. An. 1629. æt. an. 39.)

DAVID a RHOR, & Stein, in Seiffersdorff, Ducat. Suidnicenſ. Senior, & Dicaſterii Superioris Adſeſſor Primarius.

Suidnicenſe Forum me gemmam ſtirpis avitae
Novit, & Elyſii laudat aroma ſoli.
(ϑ. Suidnicii An. 1619.)

M. BALTHASAR RHORMAN, Eccleſiae Wolavienſis Paſtor & Senior Primarius.

Te, commissa cohors, docui pietate, fideque;
Neve solo vivas hac sine, neve polo.

(*N.* Grünhartæ pago in District. Strelens. 3. Aug. An. 1608. θ. Wolaviæ apoplexia 18. Junii an. 1653. æt. an. 45.)

CASPARUS a RHORAW, Illustriss. Pr. Olsnens. Cunradi I. Cancellarius.

Majorum titulos suspexi mentis honore;
Sed mage, quos tribuit dia Themista mihi.

(♃. Olsnæ die Sabbathi, post festum Ascensionis Christi An. 1318. Epitaph.)

M. GEORGIUS RICHIUS, (Gualterio Reichen) Ecclesiæ Rostoch. ad D. Nicolai Pastor & Senior.

Me Pietas, me pauperibus manus alma, Leonis,
Quæ renovata mihi, me memoratque Domus.

(*N.* Sagani. ♃. Rostochii 2. Octob. An. 1565. æt. an. 70. Henelius. Gualter. Polius.)

ADAMUS RICHTERUS, P. L. Verbi Divini Minister in Kotvviz & Niebisch.

Corpore sim parvus; Phœbi sum magnus ab arte;
Jungo sales numeris cum gravitate meis.

(*N.* Sagani 9. Febr. An. 1566. Bilovius. Clar. ed. Script.)

LUCAS RICHTER, U. J. D. & apud Wratislavienses Practicus excellens, Promnicensis Consiliarius, & Plessensis Cancellarius.

Judicis haut-frueris-male nomine, cordis in imo
Omnia qui sancti nomina Juris habes.

(*N.* 21. Febr. An. 1573. θ. Vrat. febr. maligna & epilepsia 21. Jan. An. 1625. æt. an. 52.)

CON-

CONSTANTINUS RINGIUS, P. L. prius Ecclesiæ Olaviensis, deinde Piciniensis Pastor & Senior.

Addictus calamo Musis, animoque JEHOVÆ
Ringius, ingenium clarat utrique pium.
[N. Namslav. mens. Augusto An. 1593. θ. Picinii Sexagenario major.]

M. FABIANUS RIPA, Scholæ ad D. Virg. in læta Curia Palæo-Pragæ Rector.

Fluminis in clari ripa ne, Ripa, sederes;
Phocidos in medium te tua Musa tulit.
[N. Plessæ. Flor. An. 1600. & C. E. S.]

M. CASPARUS RITTER, Ecclesiæ Parochialis Bregensis Pastor & Senior.

Pugna mihi pugnata bona est; nunc Auspice Christo
Vera datur capiti Caelicorona meo.
[N. 29. Januar. A. C. 1566. θ. Bregæ 14. Februar. A. C. 1638. ætat. an. 72.]

CRISPINUS RITTER, Reipubl. Lignicens. Notarius, & Scriba Provincialis.

Obtulit hanc summi mihi Jovæ Gratia Spartam;
Illi animam; miseris æs volo; corpus humo.
(N. Jaurav. θ. Lignicii 31. Mart. An. 1607. æt. an. 58. off. 12. Epitaph.)

SIMON RITTER, Reipubl. Nissensis Senator Primarius.

Ut pubes operata sacris ardentius instet,
Ex loculis capiat Symbola lauta meis.
(Annuum Stipendium pro TheologiæStudiosis constituit. θ. Nissæ 15. Dec. An. 1579. Nic. Polius.)

FABIANUS ROEHRICHT, Ecclesiæ Elisabetan. Vrat. Archi-Diaconus & Senior.

Ut Fabiane meres; merito tibi clara Budorgis
Suggestus aperit pulpita sacra sui.

(*N.* 4. Aug. An. 1583. *θ.* Vrat. 27. Febr. hor. 12. noctis an. 1645. æt. an. 63. current.)

MARTINUS ROEHRICHT, U. J. D. Ecclesiæ Cathedr. Wrat. Canonicus.

Ambrosia Eusebies nutritus, rore Themistæ
Pastus, in utrovis Nomine clarus ovas.

(*ϑ.* Vrat. 21. Aug. A. C. 1584. Epitaph.)

ADAMUS, Bonaventuræ Fil. ROESSLERUS, S. Cæs. Regiæque Mti in Silesiacis & Lusatic. Expeditionibus a Secretis.

Elysii secreta mihi concredita regni,
Cæsaris ad placitum tracto quod, est mea Laus.

(N. Vrat. *θ.* Pragæ cælebs apoplecticus 3. Jan. An. 1617. æt. an. 57. Polius.)

CHRISTOPHORUS ROESSLERUS, Med. D. Illustriss. Pr. Ligio-Bregensis Consiliarius & Archiater.

Rösleri fausto gaudet medicamine Brega;
Et gratum est Musis, quod meletema canit.

(*N.* Francosteinii 27. Julii An. 1568. *ϑ.* Bregæ 29. Jan. an. 1633. æt. an. 65.)

HENRICUS a ROESSLER, in Nowen & Langenwalda &c. U. J. D. prius Illustriss. Pr. Ligio-Bregens. Consiliarius, deinde Ducatus Vratislaviensis Syndicus Provincialis.

Flos Sophiæ, Themidos fuerat ros, Slesidos os hic
Roslerus; triplici nomine clarus ovat.

(N. Bregæ, Patre Christophoro, Med. D. 16. Julii hor. 5. matut. An. 1602. *θ.* Vrat. apoplexia 5. Jan. hor. 7. mat. an. 1665. æt. an. 63. curr.)

VITUS

VITUS ROETEL a Reichenavv in Rhaten, VVonevviz & Tſchirna, Conſiliarius Cæſareus, Judicii Provincialis Regii Senior,& Reipubl. Patriæ VVratislav. Senator Primarius.

Judicii matura fides te Breslidos aſtris
Intulit,& genii munera Cæſar amat.

(*N.* VVrat. Vito & Barbara Helvvigia, Parentibus, 22. Jun. hor. 1. matut. An. 1598. ♁. ibid. 14. Febr. an 1651. æt. an. 53.)

MICHAEL ROLLIUS, JC. D. Caroli II. Illuſtriſſ. Pr. Olsnenſis Conſiliarius.

Ut verum fatear, te Rolli, nemo ſecundus,
Qui tanti conſus Principis eſſe meret.

(*N.* Bregæ menſ. Octob. An. 1532. ♁. Olsnæ 28. Septemb. An. 1603. æt. an. 71. off. 47.)

ZACHARIAS ROMKIUS, P. L. & Eccleſiaſtes in Prittagk.

Philologus dici, Vatesque, Medensque, Sacrorum
Myſtaque quo merear, me labor unus agit.

(*N.* Grunæbergæ 9. Julii An. 1576. C. E. S. Vixit A 1616. æt. an 40.)

REINHARDUS a ROSA, in Roſenigk, U. J. D. Com. Palat. S. C. Mtis & illuſtriſſ. PPrr. Ligio-Bregenſium Conſiliarius, Ducatus VVratislav. Cancellarius,& Reipubl. Vrat. Syndicus.

Mota tuo, Roſa clare, ſerena Budorgis odore,
Noſtram, ait, hic firmet (nam ſapit alta) dicen.

(*N.* Lipſiæ 25. Auguſt. An. 1581. Clar. ed. Scr. in Conſt. Elect. Sax. ♁. Wrat. 7. Maji an. 1639. ætat. an. 58. off. 25.)

JOHANNES ROSARIUS a Roſenberg in Gunſchvviz, JC. S. C. Mtis & Illuſtriſſ. PPrr. Ligio-Bregenſium Conſiliarius, ut & PPrr. & Statuum utriusque Sileſiæ Syndicus Provincialis.

Mirifice caussas Procerumque Ducumque peroras
Slesidos, exornas consiliisque tuis.

(N. Suidnicii 16. Julii An. 1596. Resignat off. Syndicat. an. 1670. θ. Wratisl. an. 1677. æt. an. 82. curr.)

HIERONYMUS ROSÆUS, prius Scholæ Patr. Rector, deinde Ecclesiæ Lignicensis Minister, denique Strelensis Pastor.

Nempe Rosæus eras, roseo qui sanguine Christum
Reclusisse dabas alma roseta Poli.

(N. Lubenæ 31. Januar. An. 1401. θ. Strelæ 2. Febr. an. 1576. æt. an. 75. Minist. 27. Henelius.)

SIMON ROSENBERGER, prius Ord. S. Dominici ad D. Albert. Wratislav. Sub-Prior, deinde Ecclesiæ Mar. Magdal. ibid. Diaconus, denique Novoforens. Pastor.

Dum docui in variis Cathedris, Christo auspice, Christum
Præposui cunctis, corde piente logis.

(♉. Novofori 1 Septemb. An. 1537. Minist. Wrat. an. 10. Polius.)

CASPARUS ROSENCRANTZ, Reipubl. Patr. Pro-Consul, & Judicii Provincialis Præses.

Dona cothurnatæ sua mî tribuere Sorores,
Ut Rosa sim Patriæ nobilitata meæ.

(N. Haynæ mens. Debemb. An. 1569. θ. ibid. Phthisi. 16. Julii An. 1637. æt. an. 68. septim. 26. inscriptio sep.)

JOHANNES, Casp. Fil. ROSENCRANTZ, Reipubl. Wincingens. Notarius, & Judicii Provincialis Scriba.

Ceu Rosa sacratæ Themidos florebat in arvis,
At dolor! herba velut solstitialis, obit.

(N. Haynæ 27. Febr. An. 1597. θ. Wincigii 13. Mart. An. 1627. febri maligna, æt. an. 30.)

M. VA-

M. VALERIUS ROSENHEIN, Eccleſ. Lignicenſ. Petro-Paulinæ quondam Paſtor.

Vult Anabaptiſtas Eccleſia pura remotos;
Si ſapiant, gremium deinde patebit eis.

(N. Freiſtadii, Remotus vixit aliquot per annos in Diſtrictu Glacenſi Concionator. θ. apoplexia. Caſp. Keſeler.)

BONAVENTURA ROSLERUS, Chalcographus, Gymn. Eliſabet. VVrat. Collega.

Lingua animi ductus, calami manus æmula finxit,
Jungis Apelleum cum Cicerone decus.

(θ. VVrat. 15. Auguſt. An. 1575. æt. an. 75. off. Schol. 40. Ambo ejus Filii, Adamus & Bonaventura, æmuli fuére artis paternæ. Polius.)

JOHANNES ROSINUS, Sileſius, Canonicus Viennenſis, Orator & Poeta.

Ingenia (an nocuit?) ſacravi Regia Phœbo;
Curæ hujus precium Jus Cathedrale fuit.

(Clar. ed. Scr. Draud. θ. Viennæ Auſtr. An. 1545. Nic. Henelius.)

NICOLAUS a ROTENBURG, Eques Sileſ. in utroque Netka & Gehren, Electorr. Saxon. & Brandeburg. ut & illuſtriſſ. PPrr. Ligio-Bregenſium Conſiliarius.

Nobilitate minor nulli, virtuteque vera,
Doctrina hic cuivis certat & eloquio.

(N. in prædio Netka prope Croſnam 5. Febr. An. 1546. Buch. Henel. Calagius.)

M. DANIEL ROTH, utriusque Medicinæ C. Practicus VVratislaviæ.

Doctoris titulum tibi quæras, olle; Magiſtrum
In Medica mihi re ſufficit eſſe bonum.

(N. Stregæ 6. Martii An. 1584. θ. Wrat. 11. Mart. an. 1649. ætat. an. 65.)

FRAN-

FRANCISCUS ROTH, Ecclesiæ Stregensis Pastor & Senior.

Antistes Rothus vigil æternantis ovilis;
Cœlesti pavit credita corda dape.

(*N.* Lignicii 30. Septemb. An. 1545. Filius hujus Franciscus LL. Sudiosus mortuus est Wittebergæ An. 1611. d. 21. Decemb. Conc. funebrem habuit M. Georg. Wunschaldus, Diac. ibid. θ. Stregæ 3. Novemb. An. 1607. æt. an. 62. Pol. in *MS.*)

GEORGIUS ROTH, prius Ecclesiæ VVolaviensis, deinde Aulæ Ducal. Bregensis, denique Patriæ Pastor.

Gloria non minima est varias coluisse Cathedras,
Atque hominum vera corda docere fide.

(*N.* Namslav. Clar. ed. Script. ϑ. in Patria 23. *Maji* an. 1568. Polius in *MS.*)

MATTHÆUS ROTH, Reipubl. Gryphimontanæ Consul.

Monstra tot, alme senex, satis est domuisse laborum
Indulgente DEO! Sit tibi tuta quies!

(*N.* Fridersdorpii mens. Julio An. 1524. θ. Gryphimontii 16. Jul. hor. 7. matut. an. 1614. æt. an. 90.)

BARTHOLOMÆUS ROTHERUS, Superioris Glogoviæ Consul.

Me quoque pascit adhuc sancti mens dia Philippi,
Dum vivam, hoc gratæ pars mihi sortis erit.

(ϑ. Glogoviæ 25. Januar. An. 1521. æt. an. 88. Polius in *MS.*)

FRIDERICUS a ROTKIRCH & Pantenavv, Illustriss. Pr. Ligio-Bregensis Consiliarius, & Capitaneatus Administrator.

In doctis tu doctus eras, atque inter Equestres,
(Hæc duo quam raræ sortis!) Equestre decus.

(*N.* Li-

(*N.* Lignicii 3. *Martii* An. 1578. *θ*. ibid 10. *Maji* an. 1633. ætat. an. 55.)

WOLFGANG a ROTKIRCH, in Pantenavv & Schvvenckfeld, Consiliarius Ducalis Ligio-Bregensis, & Ducatus Lignicensis Capitaneus.

Nobilitatis honor multis me gentibus æquat;
Ast honor hic meus est, quem mihi Musa parit.

(N. 25. August. An. 1573. *θ*. Lignicii 1. Decemb. an. 1619. æt. an. 46. septim. 14. Epitaph. Studiosæ Juventuti & Generi suo Nobiliss. Testamento legavit 22000. Imperiales. Polius in *MS.*)

M. MARTINUS ROTHMANNUS, P. L. & Scholæ Ducal. Lignicensis Rector.

Daphnæis cinctus Rothmannus (laus pia!) sertis;
Reddidit Aoniis pectora culta vadis.

(*N.* Javoriæ mens. *Majo* An. 1607. *θ*. Lignicii 8. Maji An. 1657. æt. an. 50.)

GABRIEL ROTSTOCHIUS, Reipubl. Patriæ Senator.

Oeconomum informans, ut sancte vivere possit;
Quam labor o sanctus! quam fidei entheum opus!

(N. Grunæberg. Clar. ed. Scr. Daumius. *θ*. in Patria An. 1624. æt. an. 60.)

SEBASTIANUS a ROSTOCK, ex Archi-Diacono Ecclesiæ Cathedralis D. Johannis, Episcopus VVratislav. & Supremæ Præfecturæ per utramque Siles. Vicarius.

Religionis honor, patrii servator agelli;
Tutor erat Lasari, Justitiæque caput.

(*N.* Grotkoviæ mens. Majo An. 1609. Elect. mens. Augusto an. 1664. Ad Præsidium Supr. Dicasterii, per illustr. Comit.

Casp. Senior. a Colonna, 14. Sept. An. 1664. solenniter introductus. θ. Wratislaviæ apoplexia 9. Junii an. 1671. æt an. 63. current. Sedit an 6. m. 8. d. 25.)

MELCHIOR a ROTWITZ, Eques Siles. in Glauche, Majori Ratke, Paschkervviz & Langenavv, Consiliarius Cæsareus, Cæsareæque Militiæ ut & PPrr. Statuumque Utr. Sil. Præfectus.

Ut virtute fuit melior, sic sangvine clarus;
Cui cessit laus hæc a meliore DEO.

(θ. VVratisl. 5. Nov. An. 1606. æt. an. 54. Sepult. Glauchæ, in Ducat. Olsnens. 8. Januar. an. 1607. Hujus Filius, Frideric. VVilhelmus θ. Aurasii 30. April. an. 1625. æt. an. 35. Pol. in MS.)

RUDOLPHUS, Rudisheimio-Moguntius, Episcopus VVratislaviensis XXXIII.

Judiciumque Rotæ, celebrisque Lavantia, & Ædes
Slesidos (hujus eram Præsul) honora mihi.

(Clar. ed. Scr. plur. Gesner. & Draud. Elect. 20. Januar. An. 1468. θ. VVrat. apoplexia 9. Januar. an. 1482. Epitaph. Sedit an. 14. Sigm. Suevus.)

M. MATTHÆUS RUDINGERUS, P. L. C. Reipubl. Lignicens. Notarius.

Me Lauru ornavit Phœbus, myrtoque Minerva;
Quam colo, Paci oleum conferat ipsa Themis.

(N. Fraustadii 18. Septemb. An. 1572. θ. Lignicii 16. April. An. 1634. æt. an. 61. septim. 29. d. 6. off. an. 26. m. 9. Epitaph.)

MARCUS RULLUS, Ecclesiæ Lignicensis Patriæ ad D. Virgin. Pastor.

Spiritus e celis animat tibi, Rulle, labellum,
Nec venit in mentem cura profana tuam.

(N. Lignicii mens. Febr. An. 1532. θ. ibid. 11. Febr. An. 1588. æt. 56. Polius ex Epitaph.)

BAR-

BARTHOLOMÆUS RUMBAUM, Ecclesiæ Marsburg. Pastor & Præpositus Megalinus.

Dum decus Arbori erit, dum puro gloria vero,
Verum, quod docui me super orbe feret.

(N. Javoriæ mens. Septemb. An. 1521. θ. in Ministerio 4. Octob. an. 1579. æt. an. 58. Pol. in *MS.*)

CHRISTOPHORUS RUMBAUM, Phil. & Med. D. Poliater VVratislaviens.

Tollere qui morbos grato medicamine noram;
Tollor o! & misera concido Lithiasi.

(N. Javoriæ mens. Martio An. 1555. Clar. ed. Scr. Draud. Hujus Filiam, Barbaram, D. Casp. Cunradus, Parens meus, b. m. tertium Sponsus, in uxorem duxit. θ. VVrat. calculo exsecto 3. August. An. 1605. æt. an. 50. Polius in *MS.*)

GEORGIUS RUMBAUM, Phil. & Med. D. Reip. Patr. Physicus, & Illustriss. Pr. Olsnensis Archiater.

Carolus Archiatro, Physico te Patria gaudet;
Cous adest curis, Aureolusque, tuis.

(N. VVratislav. Casparo, & Hedvvige Tilesia, Parentibus, 13. August. hor. 8. matut. An. 1567. Calagius. θ. in Patria 4. Octob. h. 7. matut. An. 1615. æt. an. 49. curr. off. Physicat. an. 8. Cui successit D. Sigism. VVoysselius. Polius in *MS.*)

GEORGIUS RUMBAUM, Reipubl. Suidnicensis Syndicus.

Phradmosynenque Theminque meam si noscere gestis,
Suidniciumque Forum, partaque Fama dabit.

(N. Stregæ 27. Septemb. An. 1570. Vixit An. 1623. æt. an. 53.

GEORGIUS, Christophori Fil. RUMBAUM, Phil. & Med. D. illustriss. PPrr. Olsnensium Archiater, & Reip. ibid. Physicus.

Cum Coo Paracelse places, fuit ista Parenti
Mens quoque; nec Ducibus displicet illa meis.

(N. Javoriæ mens. Mart. an. 1581. θ. Olsnæ 1. April. an. 1648. ætat. an. 67.)

JOHANNES RUMPLERUS, Med. D. Reipubl. Lignicens. Physicus.

Nobilitate gravis, gratus medicamine, rerum
Multiplici hic usu clarus & arte fuit.

(N. Sprottaviæ mens. Decemb. An. 1529. θ. Lignicii 30. Decemb. An. 1578. æt. an. 49. Epitaph.)

SAMUEL RUMPLERUS, Phil. & Med. D. Reipubl. Patriæ Sprottaviensis Physicus.

Multa salus homini, qua curam corporis ægri;
Est Chymici, est Coi; est Utraque nostra Salus.

(N. Sprottaviæ ad Hebrum 25. Maji An. 1585. Vixit in Patria, An. 1661. æt. an. 76.)

RUPERTUS, I. e Custode & Canonico Ecclesiæ Cathedralis, Episcopus VVratislav. XII.

Bresleæ Præsul per sex trieteridas Ædis,
Dein Templo addictus sum, pia Croca, tuo.

(Elect. 14. August. Ordinatus a Jacobo Archi-Episcopo Gnesnens. Deinde creatus Episcopus Cracoviensis An. 1140. θ. Cracoviæ An. 1143. Curæus. Polius.)

MATTHÆUS RUTHARDUS, Ecclesiæ Lubenensis Pastor & Decanus.

Non ætate, sed ingenio doctrina paratur;
Hac, Rutharde, senes visus habere dies.

(N. Boleslav. 13. April, An. 1593. θ. Lubenæ 4. Martii An. 1642. æt. an. 49.)

HEN-

HENRICVS RYBISCH, U. J. D. prius Reip. Wrat. Syndicus, deinde Sereniss. Regis Hungar. & Bohem. Consiliarius, & Quæstor Generalis.

Est Patriæ servire, Patri Patriæque, Deoque,
Gloria si qua mihi est, Gloria prima fuit.

(Clar. ed. Scr. Gesnerus. θ. Wrat. 10. Nov. An. 1544. æt. an. 59. Polius.)

SIGFRIDUS RYBISCH, III. Impp. Romm. Consiliarius, & Cam. Imp. Sil. Adsessor.

Cæsaris Aula tuæ dedit agmina vivida famæ;
Edita an augere hanc quid monumenta queant.

(N. Vrat. 13 Sept. An. 1530. El. Reusner. Clar. ed. Scr. Draud. Oleum & operam addidit Joachimo Curæo in scribendis Annalibus Silesiæ. Polius in MS. θ. in Patr. 17. Aug. an. 1584. æt. 44. curr. Bucholc.)

JOHANNES a SACHKIRCH & Piltzen, Med. D. Nobilis Patricius Suidnicensis.

Nobilitas Medico condigna; est nobilis Ars hæc
Quam facis; hinc gemina nobilitate cluis.

(N. Suidnicii e Nobili Familia 21. Aug. hor. 8. vesp. An 1585. Vixit ibid. an. 1628. æt. an. 43.)

JOHANNES SACHS, Ecclesiæ Mariæ Magdalen. Vratisl. Diaconus.

Saxo Ministerii vigilans quoque portio sacri,
Curavit Breslæ Relligionis opus.

(θ. ibid. 26. Febr. An. 1558. Polius.)

JOHANNES PHILIPPUS SACHS, a Levvenheim, Phil. & Med. D. S. R. I. Academiæ Naturæ-Curiosorum Adjunctus, & Reipubl. Patr. Vratislav. Physicus.

Internos curans grato medicamine morbos,
Externos cures ut, calamo edocuit.

(N. Vrat. Tobia & N. Pomeria, Virchavia dicta, Parentibus, 26. Aug. An. 1627. Clar. ed. Scr. D. Dan. Bucretii ex Matre nepos. θ. in Patr. 7. Januar. an. 1672. æt. an. 44. septim. 19. d. 1. off. mens. 9. Successit ei Godofredus Ortlob. 10. Januar. an. 1672.)

JOHANNES CHRISTFRID, Thomæ Filius, SAGITTARIUS, Phil. & SS. Th. D. prius in Acad. Jenens. Hist. & Poes. P. P. deinde Eccles. Altenburgens. Generalis Superintendens, & Concionator Aulicus.

Pacificum sancto veneror dum pectore Christum,
Quid noceat Satanæ, quidve sagitta necis?

(N. Vratisl. 28. Septembr. An. 1617. Altenburgum ingressus 31. Oct. an. 1656. Adrian. Beier. Vixit an. 1671, æt. an. 54. Joach. Fellerus.)

THOMAS SAGITTARIUS, Phil. & U. I. D. P. L. prius in Acad. Jenens. Metaphysices P. P. deinde Gymnas. Elisabetan. Vrat. Rector, & reliquar. Scholar. Inspector.

Phœbe fave, fungos cum taxo Poeta Poetas;
Hæc quoque condigne sacra peropto geri.

(N. Stendaliæ in Marchia m. April. An. 1577. Clar. ed. Scr. plur. Draud. θ. Vrat. 20. April. An. 1621. æt. an. 44. off. Rectorat. 4. Prof. Jenens. 12. Pol. in MS.)

PETRUS CONSTANTINUS SALINUS, vel Salinovvsky, Astronomus & Geometra.

Ante Calendarum mutans erit immemor orbis,
Quam non ingenii sit memor ille mei.

(N. Namslav. Andrea & Gertrude Gorlina Krendelin a Schmachniz, Parentibus, 15. Julii An. 1552. Calagius. Clar. ed. Script. θ. Vrat. An. 1604. æt. 52.)

JACO-

JACOBUS a SALTZA, in Schreibersdorff, Eques Siles. U. J. D. Ducatus Glogoviensis Capitaneus, Episcopus Vratislaviensis XXXVI. & Supremæ Præfecturæ per utramque Siles. Vice-Præfectus.

Præstes Gloganus, Nissensis Præsul, honorem
Emerui geminum, Genti epos arte parans.

(*N.* Patre Nicolao, Eq. Sil. in Schreibersdorff, Diœces. Lubenens. e quinque liberis ultimus, mense Augusto An. 1481. Abdicavit se officio Capitaneatus Glogoviensis, Dominica Palmarum, An. 1511. & factus est Canon. & Scholasticus Eccl. Cathedral. Vrat. Electus in Episcopum 2. Sept. An. 1520. Inauguratus per Henr. a Fullstein, Suffraganeum 1. Sept. an. 1521. ♃. Nissæ febri & paralysi. postridie D. Barthol. (24. Aug. Polius 30. Aug. Sigm. Suevus.) An. 1539. æt. an. 58. Sedit an. 19. Curæus. Henelius.)

M. DAVID SAMMENHAMMER, JCtus & Mathematicus.

Jura labor mihi erant; recreamen dia Mathesis;
Integra mens; ægrum cætera corpus erat.

(*N.* Olsnæ 13. Januar. An. 1570. ♃. Vratisl. 12. Maji an. 1615. ætat. an. 45.)

ABRAHAMUS SANDECUS, Phil. & Med. D. Illustriss. Pr. Olsnens. D. Caroli, Archiater, & Practicus Vratislaviæ.

Patria Freistadium; Studium Sophiæque, Cousque;
Gavisa est Genio Breslaque & Olsna tuo.

(*N.* Freistadii, M. Nicolao, & Barbara Girbigia, Parentibus, 25. Sept. hor. 10. a. m. An. 1561. Calagius. ♃. Vrat. 9. Julii An. 1612. æt. an. 51. Pol. in *MS.*)

M. NICOLAUS, Abrah. Pat. SANDECUS, Ecclesiæ Patriæ Freistadiens. Pastor.

Pro

Pro Sophiæ cultu Sophico decoratus honore,
Et Patriæ hoc ipso mactus honore fui.

(N. Freistadii, M. Johanne, & Margaretha Güntheria, Laurentii, Consulis Freistad. Filia, Parentibus, 16. Sept. An. 1523. Calagius. ♃. ibid.)

ANDREAS SANFTLEBEN, Reipubl. Wratislav. Advocatus Juratus & Ordinarius, Philologus, Historicus & Poeta.

Mitis eras calamo, Themidos quoque mitis amore;
Inde benigna tibi vena, benigna Dice.

(N. Boleslaviæ 15. Decemb. An. 1602. Clar. ed. Ser. plur. Libellum, quem inscripsit *Nuces Saturnalitias*, eruditissimum & aureolum plane vocat Stephanus in notis ad Sax. Gr. L. 8. p. 1781. ♃. Vrat. 26. Julii An. 1643. æt. an. 41. current.)

VALENTINUS SANFTLEBEN, prius Schol. Patr. Rector, dein Reip. Consul.

Vita mihi dulcis tenera inter corcula Phœbi;
Sed gravior Cives flectere cura fuit.

(N. Boleslaviæ 8. Aug. An. 1574. θ. Javoriæ 4. Febr. An. 1627. æt. an. 52. m. 6. d. 4. Epitaph.)

ANDREAS SARTORIUS, U. J. D. Consiliarius Brandeburg. & in Acad. Francofurt. cis Viadr. Juris P. P.

Dicere quod natus Justumque Æquumque docere,
Marchiaci hoc de te Fama ait ipsa soli.

(N. Bregæ 7. Maji hor. 9. vesp. An. 1562. ex Origano Calagius. θ. Francofurt. 22. Maji An. 1617. æt. an. 55. d. 5. h. 5. Polius in *MS.*)

ANDREAS SARTORIUS, U. J. D. Fisci Cæs. per utramque Sil. Patronus.

Cæsarei Fisci Sartorius audiit Hermes,
Atque idem Eunomiæ, Phradmosynæque Cato.

(♃. Vra-

(ϑ. Vratisl. 9. Octobr. An. 1611. ætat. an. 62. Polius in *MS.*)

M. JOHANNES SARTORIUS, Eccl. Schoſsnician. Paſtor.

Quid noceat Sophicos ſacris adjungere libros?
Hæc Studii methodus ſola mei usque fuit.

(N. Francoſteinii. Clar. ed. Scr. ϑ. in Miniſterio menſe Majo An. 1626.)

STANISLAUS SAURIUS, Decretorum D. & Eccleſ. Cathedralis Vrat. Canonicus.

Quod Juris Decreta mihi tribuere brabeum,
Auxerunt Canones, Bresla polita, tui.

(N. Leobergæ menſ. Januar. An. 1469. (Patre per 50. Annos ib. Conſule, Suev. in Orat. de Leob.) ϑ. Vratisl. 21. Jan. An. 1535. æt. an. 66. ex Epitaph. Henelius & Polius.)

ALBERTUS SAUROMANNUS, in Jaxenavv, Ducat. Vrat. Præfectus.

Immemor eſſe mei valet haut populoſa Budorgis;
Invideat meritis nî male-grata meis.

(ϑ. Vrat. 15. (Polius 19.) An. 1572. æt. an. 49. off. 27. Mart. Hoffman.)

ALBERTUS SAUERMAN, Reip. Vratisl. Senator Primarius.

Saurmanni ſpecimen viridi memorabile Fama eſt;
Altor virtutis, criminis oſor erat.

(ϑ. VVratislav. 15. [14. Sigm. Suevus.] Martii An. 1542. Polius in MS.)

CUNRADUS SAUERMAN, in Jeltſch & Gnichvviz, Eques Sileſius.

Quas Juvenis colui, fovi ſub pectore Muſas;
Indigetum o cordi numina grata meo.

(N. 22. Julii An. 1565. ✝. in Jeltschiano suo 4. April. An. 1618. æt. an. 54.)

GEORGIUS SAUROMANNUS, Eq. Sil. Ecclesiæ Cathedral. Wratislav. Præpositus, & D. Caroli V. Imp. Orator.

Nomine Saurmannus, sed carmine dulcior hybla,
Lux est Teutoniæ non moritura suæ.

(Flor. sub Imp. Carolo V. An. 1520. Gualter. Clar. ed. Scr. Gesn. Draud. θ. Romæ An. 1527. æt. an. 30. Epitaph.)

JOHANNES SAUERMAN, Ecclesiæ Cathedral. Vrat. Canonicus, Historicus & Poeta.

Æschylus est Latio per me donatus, & omnes
Articuli fidei redditi ovante chely.

(Clar. ed. Scr. Gesner. & Draud. ✝. Vrat. 27. Febr. An. 1510. Epitaph.)

SEBALDUS SAUERMAN, Silesius, Reipubl. Vratisl. Senator.

Casta Minerva suas tribuit mihi largiter artes,
Hinc Famæ in fano me quoque sella manet.

(Hic primum sono Campanæ Majoris ad D. Elisabetam tumulatus est, & θ. ibid. 27. Julii An. 1508. off. an. 22. Polius in MS.)

SEBALDUS SAUERMAN, Reipubl. Vratislav. Senator.

Cum fueris Sophiæ Themidosque celebris ocellus,
Unde viri tetrici, dic age, nomen habes?

(θ. Vrat. 15. Nov. An. 1577. off. Senat. an. 7. Polius.)

THEODORUS, L. B. a SAURMA, in Jeltsch & Gnichvviz, Regii Judicii Provincialis in Ducat. Vrat. Adsessor.

Polliit

Polliit ora Charis juvenilia, Juno-Moneta
Cum Phœbo in cerebro floruit alma tuo.
(N. 4. Februarii An. 1609. ♁. Occisus a sicariis, in via Regia, 9. Januar. An. 1641. ætat. an, 32.)

VALENTINUS SAUROMANNUS, in Jeltsch & Gnichvvitz. DD. Ferdinandi I. & Maximil. II. Rom. Impp. Consiliarius & Orator.

Cæsaris Orator diversas missus in oras,
Fama erit ampla foris, gloria summa domi.
(♁. Wratisl. 15. Decemb. An. 1571. Henel.)

DANIEL SCEPSIUS, in Buntzlavviz, Med. D. & Reip. Patr. Suidn. Physicus.

Patria me Medicum, Melicum me Patria novit;
Nunc statuit Famæ nomina longa meæ.
(N. Suidnicii mens. Sept. An. 1534. ♁. ibid. 22. Octob. An. 1609. ætat. an. 75. m. 4. off. an. 41. ex Epitaph. Polius.)

JACOBUS SCHACHTMAN, in Hermans- & Marckersdorff, Reip. VVrat. Senator, & Collegii Præses.

Quæ natura mihi bona contulit, omnia rursum
Impendi patrio, JOVA operante, solo.
(♁. VVrat. 23. Octob. An. 1586. æt. an. 59. off. 30. Polius.)

ADAMUS SCHAFFGOTSCH, Dn. de Greiffenstein & Kinast, L. B. in Trachenberg &c. Ducatuum Suidnic. & Javor. Cancellarius.

Huic rectum & verum, virtus huic æmula coelo est,
Et famam & longum promeruere decus.
(N. In Arce Kinast, Casparo, & Margaretha Pückleria, Parentibus, in profesto Martini, A. 1542. Calagius ex Esaia Heidenreich. Emit pro 195000. taler. Dynastiam Trachenberg &

 Prauss-

Prausniz, (quam post illius obitum obtinuit Dn. Johannes Ulricus) ab Henrico L. B. a Kurtzbach &c. 3. Jun. An. 1592. θ. in Arce Trachenberg, leni apoplexia sine liberis 1. August. An. 1601. ætat. an. 58. septim. 36. d. 4. Polius in *MS.*)

BERNHARDUS, L. B. a SCHAFFGOTSCH Junior, in Rurlach & Seiffersdorff.

Heu! miserande Baro, tua nî rupisset Alastor
Fata, fores Stirpis Lampas honora tuæ.

(θ. in Arce Kemniz, de nocte a servo suo gladio transfossus, 16. Dec. An. 1615. ætat. an. 21. postquam cum Dn. Joh. Ulrico, Patruo suo, per quinquennium Hispaniam, Italiam, Galliam & Angliam transierat. Polius in *MS.*)

CHRISTOPHORUS SCHAFFGOTSCH, L. B. in Trachenberg, Dn. in Kinast, Greiffenstein & Kemniz, Ducatuum Suidnicens. & Javoriens. Cancellarius.

Suidniciense Duci Summo rexisse Tribunal
Est pulchrum; bene sed, pulchrius hercle, mori.

(N. Langenaviæ, prope Hirschbergam 27. Martii An. 1552. θ. in Thermis Hirschbergensibus 9. Junii An. 1601. æt. an. 49. septiman. 10. d. 4. Polius in MS.)

CHRISTOPH. LEOPOLDUS, Comes a SCHAFFGOTSCH, S. R. I. Semper-Liber, L. B. in Trachenberg, Dn. in Greiffenstein & Kinast &c. S. C. Mtis Consiliarius, Cameræ Imp. Sil. ut & Suprem. Præfecturæ per Utr. Silef. Præses.

Ut Cæsar favit tibi, sic tua floret in orbe
Gloria, Slesiaci flamma corusca soli.

(N. Trachenbergæ in Arce, Johanne Ulrico, L. B. & Barbara Agnethe, Illustr. Duce Ligio-Bregens. Parentibus, 8. April. An. 1623. θ. Wratisl. d. 30. Junii 1703.)

GOT-

GOTHARDVS FRANCISCVS, Chriſtoph. Leopoldi, Frater germanus, Comes a SCHAFFGOTSCH, S.R.I. Semper-Liber, L. B. in Trachenberg, Dn. in Greiffenſtein & Kinaſt &c. Protonotarius Apoſtolicus, Eccleſ. Cathedralis VVratisl. Præpoſitus, Collegiatæ S. Crucis Canonicus, Archi-Diaconus Lignicenſ. & Epiſcopatus Wrat. Adminiſtrator.

In Genealogicis qui delectatus agellis,
Nunc colit Elyſii rura beata ſoli.

(N. in Arce Trachenberg. 7. Julii An. 1629. Clar. relictis poſt ſe Manuſcriptis Genealogicis. θ. VVratisl. 3. *Maji* An. 1668. æt. an. 39. Sepult. ad D. Johann.)

JOHANNES SCHARFF, Reipubl. VVratislavienſ. Secretarius.

Ingenio rexit Secreta Budorgica acuto
Scharffius, ille tuus, Crato diſerte, Socer.

(θ. Wrat. 4. Febr. An. 1552. off. an. 12. Succeſſit ei *M.* Valentinus Nitius, olim Reipubl. Lignicenſ. Notarius. Polius in *MS.*)

FRIDERICVS SCHAVRERVS, Monaſterii Ducalis Saganenſis Abbas.

Terra Boleſla dedit cunas, Sagana tiaram;
Sic Patriæ vixi munere, corde DEO.

(θ. Sagani 1. Febr. An. 1604. Helvvigius.)

NICOLAUS SCHEBITZ, a Reip. Senatore, Ducatus Wratislav. Capitaneus.

Quod mihi Bresla dedit Regimen, cum laude peregi;
In laude hac laudis plus reperire potes.

(θ. Wolfsdorpii 24. April. An. 1549. Sepult. Wratisl. 27. April. off. Sen. 20. Capitan. 13. Polius & Suevus.)

JACOBUS SCHAEFFRICHIUS, Præpoſitus Olsnenſ. Paſtor in Döberle & Presbyterii Senior.

Æternante ſibi commiſſas rore beavit
Scheffrichius, terris cum ſupereſſet, oves.

(N. Olsnæ 20. Julii An. 1591. θ. ibid. 23. Auguſt. An. 1637. ætat. an. 46.)

BALTHASAR SCHEIDERUS, Med. D. Reipubl. Patr. Wratisl. Phyſicus.

Scheiderus varias diſtinguens fauſtiter herbas;
Confecit Medica pharmaca docta manu.

(N. Wratisl. menſ. Febr. An. 1524. VVitebergæ Libros Euclidis privatim explicuit; Regiomonti Mathematica publice profeſſus eſt. θ. VVrat. 24. Febr. An. 1574. æt. an 50. Pol. in MS.)

CHRISTOPHORUS L. B. a SCHELLENDORFF, Dynaſta in Königsbruck & Klitſchdorff, Conſiliarius Cæſareus, Camer. Imp. Sileſ. Præſes & Ducat. Saganenſ. Capitaneus.

Induperantis amor Cameræ mihi præbet habenas;
Terra Sagana ſuum me ſequiturque Caput.

(N. in Arce avita Schellendorff, 1. Junii An. 1589. θ. VVratisl. 23. Julii An. 1647. æt. an. 59. m. 1. d. 22.)

MELCHIOR a SCHELLENDORFF, ab & in Gölſchavv, Majori Frideberg & Hausdorff, Orthodoxus & Litteratorum Mecœnas.

Majori quo pace fruar ſub monte Sionis,
Dux fuit Evepie & dius Apollo comes.

(θ. Lignicii, in vera fide & fiducia 12. Febr. An. 1625. æt. an. 42. Polius in MS. Sepult. Gölſchovii 19. Martii. Id. ibid.)

ANDREAS SCHEPSIUS, U. J. D. prius in Acad. Marpurg. P. P. deinde Budiſſinæ Provincialis Syndicus, denique L. B. a Biberſtein Conſil. & Cancellarius.

Quod

Quod vere fuerim Jurisque Æquique Patronus,
Cum Marpurgensi, terra Budissa probat.

(N. Boleslav. mens. Januar. An. 1570. Clar. E. S. Draud. ✝. Budissinæ mens. Decemb. An. 1609. æt. an. 39.)

JOHANNES SCHERER, Ord. Aug. Regul. ad D. Virg. VVratisl. in arena Abbas.

Integritatis amans, pietatis & optumus altor
Scherer, ut elogium prædicat orbis, erat.

(N. Zobtæ. θ. VVratisl. 30. Junii An. 1655. æt. an. 86. Sedit an. 49. Nic. Scherferus Leobschicensis. v. Epigr. Tileni.)

ALBERTUS SCHEUERLINUS, e Reip. Senatore, Ducat. VVratisl. Præfectus.

Phradmosynen colui, Clarias quoque tempore Musas;
His nempe atque illa nostra Themista cluit.

(θ. VVratisl. Feria 2. post Invocavit An. 1461. Pol. in MS.)

JOHANNES SCHEUERLINUS, Patritius Wratislav. U. J. D. Canonicus Augustanus, Tridentinus, Lignicensis & VVratislaviensis, Archi-Diaconus Glogoviensis, denique Aulæ Episcopalis Vicarius, & Officialis Generalis.

Phradmosyne tanto mea me decoravit honore;
I nunc doctrinam posse levare, nega.

(✝. VVratisl. 2. April. An. 1516. Henelius ex Epitaph.)

BONAVENTURA SCHICKFUSS, Senior, Reip. Patr. Suibusiens. Consul.

Laude, DEO laus sit! Patriæ moderamina gessi;
Non sine laude & in hac contumulatus humo.

(N. Suibusii, sub initio An. 1500. θ. in Patr. 26. Januar. An. 1573. æt. an. 73. Epitaph.)

DA-

DAVID, D. Jacobi Frat. SCHICKFUSS, U. J. D. & Practicus Olsnæ.

Germani ſtudium felici ſorte ſequebar;
Aſt Olsnenſe Forum vix mihi jura dabat.

(*N.* Suibuſii 23. Sept. An. 1590. Calagius. C. E. S. ♃. Olsnæ 23. April. An. 1667. æt. an. 77. curr.)

JACOBUS SCHICKFUSS, in Neudorff, Phil. & U. J. D. S. C. Mtis & Illuſtriſſ. Pr. Ligio-Bregenſ. Conſiliarius, ut & Fiſci Regii per Siles. Superior. Patronus.

Me Sophia & Pallas Clario vovere Lyceo;
Culmen at Æquidicum juſſit adire Themis.

(*N.* Suibuſii, Bonaventura Conſul. Patr. & Hedvvige Guſchmannia, Parentibus, 21. Januar. An. 1574. Calagius. Clar. ed. Chronico Sil. & al. Scr. Draud. ♃. VVrat. 14. Sept. an. 1636. æt. an. 63. curr.)

JACOBUS SCHICKFUSS, Eccleſ. Suibuſienſ. Paſtor & Senior.

Suibuſienſe lubens relliquit Jacob ovile;
Intret ut inde Novum, JAH moderante, forum.

(*N.* Novofor. Suibuſii ſucceſſit in Paſtoratu Jacobo VVechnero. ♃. ibid. peſte 29. Auguſt. An. 1552. ætat. an. 47. Miniſt. an. 7. Polius in *MS.*)

HENRICUS SCHIDELIUS, prius Aulæ Ducali Wolavienſi ab Epiſtolis, deinde Prætor & Senator Oppidanus.

Suada gubernabat linguam, cerebrumque Minerva;
Ora Themis, pietas Cor, animumque Sais.

(*N.* Budiſſinæ 27. Januar. An. 1581. θ. VVolaviæ 9. Febr. An. 1641. æt. an. 60. off. ibi & hic an. 30.)

CASPARUS SCHIFERDECKER a VVilckavv, JC. & Practicus excellentiſſ.

Con-

Consultum Juris te propria scripta loquuntur,
Publica dicit idem fama, cliensque probat.

(*N.* VVratisl. mens. Martio An. 1581. Clar. edit. Script. Draud. *θ.* Suidnicio redux, cum omnibus suis domesticis, fixam sibi sedem eligens, in Patria, 17. Martii An. 1631. æt. an. 49. mens. 1. Polius in *MS.*)

JACOBUS SCHILDERUS, Reipubl. Patr. Consul, & Curiæ Provincialis Prætor.

Præclaros jactet florens Hirschberga merentes;
Consule Schildero florida tota fuit.

(*N.* Hirschbergæ mens. Sept. *An.* 1502. *θ.* in Patr. 20. Octobr. an. 1586. æt. an. 84. off. 47. M. Tilesius, ex Epitaph.)

MATTHÆUS SCHILLER, Phil. & Med. D. Reip. Olomucensis Physicus.

Discipulus prius, at Medica nunc Doctor in arte;
Vincere quit morbos atque fugare necem.

(*N.* Suidnicii mens. Nov. An. 1585. *θ.* Olomucii mens. Decemb. An. 1625. æt. an. 40.)

CHRISTOPHORUS SCHILLING, Phil. & M. D. Lincensium in Austria Poliater.

Carmina Smyrneo certantia scribis Homero;
Grajugeno formas Pharmaca digna Coo.

(*N.* Francosteinii Siles. Clar. ed. Scr. *θ.* Lincii 20. Octob. An. 1583.)

DANIEL SCHILLING in Jaxenavv, Reipubl. Wratisl. Senator.

Quæ diversa mihi tribuerunt climata mundi,
In Patriæ jussi quælibet ire bonum.

(*N.* Cracoviæ 14. Febr. An. 1506. *θ.* Jaxenoviæ in Secessu suo Apoplecticus 2. Junii an. 1586. ætat. an. 80. Pol. in *MS.*)

GODOFREDUS SCHILLING, in Hartlieb, Reipubl. Vratisl. Senator.

Cum fratre æquali currens pede honoris in Ædem,
Post fratris merui funera munus idem.

(*N.* VVratisl. 7. Martii An. 1547. ϑ. in Patr. 30. April. an. 1603. æt. an. 57. off. 16. Henelius.)

MARTINUS SCHILLING, Judicii Provincialis Ducat. VVrat. Scabinus.

Formarat cerebrum Pallas, cor Juno-Moneta;
Consilia inde probæ nostra fuere notæ.

(*N.* VVratisl. e Patricio genere 7. Novemb. An. 1551. Polius. Huic Zvving. Vol. 21. Theatri sui dedicavit. ϑ. in Patr. 13. Junii an. 1595. ætat. an. 44. curr. Gualter.)

SAMUEL SCHILLING, Phil. & Med. D. Reip. Nissensis Physicus Ordinarius.

Pœoniam exerces alter Podalirius artem;
Altera laus tibi item cum Podalirio erit.

(*N.* Francosteinii mens. Dec. An. 1577. Clar. ed. Scr. de Thermis Landecensibus. ϑ. Nissæ 23. Dec. an. 1627. æt. an. 50.)

SIGISMUNDUS SCHILLING, Phil. & Med. D. Anatomic. in Acad. Lipsiens. P. P.

Quæ partes hominis, quæ forma, situs quis, & usus,
Enodare mihi nostra Cathedra dedit.

(*N.* Francosteinii 24. Junii An. 1575. ϑ. Lipsiæ 14. Januar. an. 1622. æt. an. 46. septim. 3. d. 2. Conc. fun.)

SIGISMUNDUS SCHILLING, Reip. VVratislaviensis Senator.

Vita mihi studiumque fuit pietatis anhelans;
Quod reliquum, patriæ traditum id omne meæ est.

(ϑ. VVratisl. 2. Martii An. 1640. æt. an. 47. off. 17. Pol. in MS.)

JOHANNES SCHILLING, U. J. D. S. Floriani Cracoviæ Præpositus, & Ecclesiæ Cathedralis VVratisl. Canonicus.

Bratesilea fidem, studiumque Cracovia nostrum
Expertæ; nomen floruit heic & ibi.

(θ. Feldkirchii, Carinthiæ oppido, 28. Sept. An. 1518. æt. an 35. mens. 7. d. 22. Epitaph.)

QUIRINUS SCHLAHER, Hungaricarum Fodinarum Dominus Musagetes.

Ut studiosa cohors rerum monumenta sacrarum
Perdiscat, volui munera larga dari.

(*N.* Günsii in Hungaria 8. Decemb. An. 1500. θ. VVratisl. 31. Aug. an. 1560. æt an. 60. curr. Suevus & Polius.)

PAULUS SCHLAUPIUS, Junior, Ecclesiæ Patr. ad D. Virgin. Pastor, & Consistorii ibid. Ducelis Adsessor.

Quo zelo docuit Romana Paulus in urbe;
Paulus ego parili perdocui Ligios.

(N. Lignicii 23. Octob. An. 1570. θ. in Patr. 28. April. an. 1634. æt. an. 64. Minist. 30. Epitaph.)

JOACHIMUS SCHLEGELIUS, P.L. Gymnasii Thoruniensis Professor.

Schlegelius facili deduxit carmina plectro;
Hinc meruit famæ fata benigna suæ.

(N Sagani 6. *M*artii An. 1567. θ. Thorunii an. 1611. ætat. an. 44.)

JOHANNES SCHMEIS, ab Ehrenburg, Sereniss. Aulæ Elect. Brandeburg. Consiliarius & Cancellarius.

Tendi ego conatu virtutis ad ardua; clarus
Palladis a clariæ nobilitate vocor.

(N. VVratisl. 10. Junii An. 1579. θ. Kerndtæ in Borussia 18. Dec. an. 1648. æt. an. 69.)

CHRISTIANUS SCHMID, a Schmidefeld. Reipubl. Patr. VVratisl. Senator, & rei bellicæ Commissarius.

Quo mihi vita decens, aliis aliena reliqui,
Atque meum faciens mî meminisse fuit.

(N. VVratisl. 25. August. An. 1571. θ. in Patr. 29. April. an. 1640. æt. 69.)

FRIDERICUS SCHMID, Reipubl. VVratislaviensis Senator.

Pugna mihi pugnata bona est, cursusque peractus;
Servando fidam tempore quove fidem.

(θ. VVratisl. 22. Junii. An. 1595. æt. an. 79. off. 23. Polius.)

FRIDERICUS SCHMID, Reip. Patriæ Advocatus Ord. & Juratus, Poeta.

Hic Elegis gaudet, Lyricis hic, Hexametris hic;
Quæ metra sunt mira Jambica ludit acu.

(Clar. ed. Scr. θ. VVratislav. in Patr. 2. August. post 3. matut. An. 1636. æt. an. 49.)

HENRICUS SCHMID a Schmidefeld, in Höffichen & Grün-Aiche, Reipubl. VVratisl. Senator Primarius.

Nec timide, tumide nec &, utraque fata secutus;
Ista ferendo fovens, illa ferendo domans.

(Omnibus sui ordinis Senatoribus, Syndicis, Scabinographis, Secretariis, Quæstoribus & Cancellariæ ministris Testamento legavit unicuique horum scyphum argenteum. ϑ. VVratisl. 27. Julii An. 1616. æt. an. 58. Pol. in *MS.*)

MARTINUS SCHMID, Reipubl. Patriæ Bregensis Consul.

Commoda multa tuli Patriæ, privæque saluti;
Aurea Ferdnandi munerat ista manus.

(N. Bregæ 11. Nov. An. 1583. ϑ. in Patr. apoplexia 31. Januar. an. 1668. ætat. an. 85. curr. off. 45.)

M. MELCHIOR SCHMID, Reip. Lignicensis Scabinus, & Aulæ Ducal. Advocatus.

Me Sophiæ ſtrophio redimitum patria civem
Fecerat; at civem mors ſuper aſtra ciet.
(θ. Lignicii 5. Aug. circ. hor. 10. & 11. noctis An. 1599. æt. an. 25. Grunæus.)

JOHANNES GEORGIUS SCHNEIDER, Phil. & Med. Utriusque D. Practicus in Patria.

Artis Apollineae fuit hic laudabile lumen;
Luxiſſet, ſi non mors rapuiſſet eum.
(N. Lignicii 30. Julii An. 1635. ϑ. in Patr. 8. Martii an. 1669. ætat. an. 34. curr.)

FRANCISCUS SCHNITTER, ab Osſigk, Ord. Auguſt. Regulas. B. Virgin. VVratislav. in arena Abbas, & Zobotenſis Præfectus.

Fautores inter vatum Schnitterus habetur;
Nam juvenis clariis ſe quoque tinxit aquis.
(Nat. in pago Osſig 4. Octob. An. 1542. Vixit Wrat. 23. Julii An. 1611. æt. an. 66.)

M. HULDRICUS SCHOBERUS, P. L. Gymnaſii Thorunenſ. Rector.

Non vulgare canens Schoberi Muſa Poetæ,
Laude beans alios ſe quoque laude beat.
(N. Lubenæ 4. Nov. An. 1559. Bucholc. C. E. S. θ. Thorunii 2. Octob. An. 1598. ætat. an. 39. off. an. 13. Mel. Adamus & Polius.)

CHRISTOPHORUS SCHOEBELIUS, utriusque Med. D. & Reip. Patr. Phyſicus.

Cum morbis pugnare mihi medicamine laus eſt;
Maxima & hæc merces; cum male ſolvat homo.
(N. Javoriæ menſ. Jan. An. 1576. θ. Lignicii 6. Febr. An. 1633. ætat. an. 57.)

CASPARUS a SCHOENAICH, Eq. Silef. Illuftriff. PPrr. Megapolitanorum Confiliarius & Cancellarius.

Panfophiam junxi civilibus artibus; inde
Hinc placui Themicis Principibusque Viris.
(Flor. An. 1546.)

FABIANUS a SCHOENAICH, Eques Aurat. Dominus in Muskavv, Sprottavv, Freyftadt, Parchvviz & Carlath &c. Confiliarius Cæfareus, & Belli Præfectus.

Mars mihi dux vitæ, generis lux Cæfaris ardor;
Ultima dein rerum linea, Morta fuit.
(✝. Bethaniæ 23. Sept. An. 1591. æt. an. 83. ex Bucholc. El. Reufn. & Pol.)

GEORGIUS a SCHOENAICH, L. B. & Dominus in Beuthen, Carlath, Milckavv &c. Confiliarius Cæfareus, & per utramque Silef. ut & Lufatiam Cancellarius.

Laus mea, quod Slefiæ fum Cancellarius oræ;
Laus mea, quod Mufis ad facra pando fores.
(*N.* in pago Tfchechelino, Lufat. 8. Octob. An. 1557. *θ.* in Carlato 25. Febr. An. 1619. æt. an. 61. m. 4. feptim. 2. d. 3. Polius in *MS.*)

JOHANNES a SCHOENAICH, L. B. in Beuthen, Carlath & Milckavviz.

Hinc mea Nobilitas crevit, quia Nobilis arte;
Ivit in amplexus culta Minerva meos.
(*N.* Mellendorffii Sil. 30. Jan. An. 1592. ✝. Grunæ in Polonia 3. Julii An. 1639. æt. an. 47. Cafp. Kefeler.)

GEORGIUS SCHOENBORNERUS de Schönborn in Ziffendorff, JC. prius Illuftriff. Com. ab Hohenzollern Cancellarius, deinde Confiliarius & Com. Palatinus Cæfareus, & Fifci Regii per Silefiam Patronus.

Fons hercle es pulcer Themidosque gregisque noveni,
Unde lepos & epos manat utrique fuum.

(N. Frei-

(*N.* Freistadii 19. Jan. An. 1579. C. E. S. Draud. θ. in Schönborniano suo 23. Dec. an. 1637. æt. an. 58. Henelius.)

CHRISTIANUS a SCHOLTZ, in Hermsdorff & minori Elgut, Illustriss. PPrr. Ligio-Bregensium Consiliar. & Cancellarius.

Principibus placuere tuæ Pulchralia mentis;
Hinc bene Sculteti Nomen & Omen habes.

(*N.* Bregæ, Patre Godofredo, U. J. D. 1. April. *S. N.* an. 1617.)

GEORGIUS SCHOLTZ, al. Schultzius, U. J. D. Facult. Jurid. in Acad. VVitteb. Adsessor, Electoral. Curiæ ibid. Advocatus, ut & Illustr. Com. Barbiens. Consiliarius & Cancellarius.

Æquidico, ut deceat, mentes in jure tenellas
Edocui; hinc ævum florida fama mihi est.

(*N.* Leobergæ mens. Sept. An. 1599. C. E. S. ϑ. Wittebergæ 2. Oct. An. 1634. æt. an. 35. Epitaph.)

MATTHÆUS SCHOLTZ, Illustriss. Dn. Sylvii, S. R. I. Principis VVürtembergens. & in Sil. Olsnensis Consiliarius.

Principis informans animum, hocce reporto Minerval
(Eveniens paucis) Consiliantis epos.

(*N.* Glacii 8. Febr. An. 1607. θ. Olsnæ apoplexia 7. April. An. 1664. ætat. an. 57.)

M. CHRISTOPHORUS SCHOLTZIUS, Eccles. Elisabetan. Patr. VVrat. Pro-Pastor, & Gymnasii ibid. P. P.

Et Patris, & Fratris vestigia pone secutus,
Elisabes Patriæ Præco fidelis eram.

(*N.* Vrat. Johanne, Seniore, & Martha Oderin, Parentibus, 18. Dec. An. 1561. Calagius. θ. in Patr. 28. Febr. An. 1611. ætat. an. 50. Minist. 22. Hoc ipso die, & An. Mater Filium placide defunctum secuta est, æt. an. 76. Polius in MS.)

FRIDERICUS SCHOLTZIUS, prius Eccles. Wolaviens. Pastor, deinde Elisabetanæ Vrat. Diaconus.

Prae-

Prætoris nomen tibi contribuere Parentes;
Præconis munus credidit ipse Deus.
(✝. Vrat. 3. Junii An. 1585. postquam 7. Octob. An. 1584. sub ipsa XV. Dominica post Trinitatis primam habuerat Concionem; æt. an. 37. Polius in MS.)

GODOFREDUS SCHOLTZIUS, U. J. D. Bregæ in Patria Practicus.

Jure levare bonos est pars socialis amoris;
Princeps Juris erit finis hic usque mihi.
(N. Bregæ 10. April. An. 1583. C. E. S, ✝. in Patr. 9. April an. 1641. æt. an. 58.)

HENRICUS SCHOLTZIUS in Rathsamb, Med. D. Ducat. & Diœces. Francostein. Physicus.

Quicquid Apollinea late præpollet in arte,
Scholtzius ingenio continet omne suo.
(Clar. An. 1620. Vix. an. 1632. m. Sept.)

M. JOHANNES SCHOLTZIUS, Senior, prius ad D. Elisabeth. Ecclesiastes, & in Gymn. ibid. Hebr. Lingv. P. deinde Præpositus ad Spir. Sanct. in Neapoli VVrat. & ad D. Bernhard, Pastor.

Præpositum tenuit sacri me flaminis Ædes;
Artis & oris opes scit pia Bresla mei.
(N. in minori Hennersdorff, Districtus Grissaviensis, haud procul a Suidnicio 24. Dec. An. 1524. Calagius. θ. Vrat. 21. Junii An. 1583. æt. an. 59. Minist. Templi Elisab. an. 21. Neapolitan. an. 11. hic & ibi an. 32. Polius in MS.)

M. JOHANNES SCHOLTZIUS, Junior, Ecclesiæ Mar. Magdalen. Patr. Pastor.

Patris ad exemplum Christi pia sacra professus,
Magdalidos versor fidus in Æde docens.
(N. Vratisl. 1. (3. Polius.) Novemb. An. 1558. Calagius. θ. ibid. sella

ſedens 15. Octob. An. 1618. æt. an. 60. d. 19. Miniſt. 35. Polius in MS.)

JOHANNES SCHOLTZIUS, prius Cameræ Ducal. Lignicenſ. Secretarius, deinde Reip. Goldbergenſ. Senator.

Quæ Juveni arriſit, longum quoque culta, Thalia;
Gaviſa eſt curis Curia deinde meis.

(N. Boleslaviæ An. 1594. θ. Goldbergæ An. 1644. ætat. 50. Epitaph.)

LAURENTIUS SCHOLTZIUS, a Roſenavv, Phil. & Med. D. & in Patria Poliater.

Chloride cum Meditrina meos cantabit honores;
Conſiliis viget hæc; floribus illa viret.

(N. Vratisl. Laurentio, Med. D. & Anna Rungia, Parentibus, 20. Sept. intr. hor. 10. & 11. noctis An. 1552. Calagius. C. E. S. Draud. ϑ. in Patr. phthiſi, 22. (21. Polius.) April. An. 1599. æt. an. 47. Mel. Adamus.)

LAURENTIUS Laurent. Fil. SCHOLTZIUS a Roſenavv, Med. D. & in Patria Practicus.

Jam Patris exemplo Coum, Hermetemque ſequebar,
Cum mors in media me necat atra via.

(N. Vratisl. Patre Laurentio Jun. M. D. menſ. Febr. An. 1578. ϑ. in Patr. 10. Martii An. 1613. ætat. an. 35. Nicol. Polius in MStis.)

ANDREAS SCHONÆUS, SS. Theol. & U. J. D. Poet. Laur. Philoſophus & Mathematicus, Acad. Cracovienſ. Pro-Cancellarius, & Eccleſ. ad D. Floriani Canonicus atque Decanus.

Et nihil, & noras tute omnia, ſcilicet hoc eſt
Quod ſcripto perhibes ævum operante tuo.

(N. Glogoviæ m. April. An. 1552. C. E. S. θ. Cracoviæ 28. Maji An. 1615. æt. an. 63. ex Epitaph. Henelius.)

THOMAS SCHRAMUS, P. L. Reipubl. Patriæ Prætor.

Sunt vates multi, ſed te vix ſuavior ullus;
Bilbilicum argutis ſcis ſimulare metris.

(*N.* Suidnicii. Clar. An. 1614. Vixit An. 1635.)

M. JOHANNES FRIDERICUS SCHRECK, Eccleſ. Eliſabetanæ Vratisl. Diaconus.

Infractæ mentis, porrectæ frontis & oris
Melliflui hunc, dicet Bresla, fuiſſe virum.

(*N.* Altorphii menſ. Julio An. 1606. ♃. Wratisl. 10. Julii An. 1656. æt. an. 50.)

MARTINUS SCHRIET, Curiæ Vratisl. Delegatus, ſive Prætor.

Jova ſuis vernis mandavit, Jure celebrem
Ut ridente vehant hunc, revehantque via.

(*N.* Francoſteinii menſ. Majo An. 1562. ♃. VVratisl. 15. Junii An. 1628. æt. an. 66. off. 25. Succeſſit ei Paulus Neander. Polius in *MS.*)

THOMAS SCHROEER, Reip. Patr. Vratisl. Scabinatui a Secretis.

Culmen hic eſt Juris, Themidi, Phœboque dicatus,
Ejus & in laudes Phœbus it, atque Themis.

(*N.* Vratisl. 14. Decemb. An. 1588. Uxorem duxit Urſulam Mehvvaldiam, Johan. Sigfridi, Advocati jurati, viduam relictam 26. Febr. An. 1618. Clar. E. S. de Tutor. & Curator. θ. in Patria 5. Jan. An. 1643. æt. an. 55.)

ADAMUS SHROETERUS, Philoſophus & Poeta Laur.

Laus, Theophraſte, mihi fuerat tua vertere ſcripta;
Laus quoque quod Lauru me mea Muſa beat.

(*N.* Niſſæ.

(*N.* Nissæ. Clar. ed. Scr. An. 1553. Gesnerus. Vixit Cracoviæ An. 1569.)

CASPAR SCHROETERUS, Ducalis Monasterii ad S. Vincentii Vratisl. Ord. Præmonstratensis Abbas.

Regius es vere linguaque & nomine Caspar;
Miratur genium concio tota tuum.

(N. Grotkov. ♃. Vratisl. ipso divisionis Apostolorum die 15. Julii An. 1625. Sedit an. 16. Epitaph. Successit ei Andreas Gevvalt, Pastor in Würben. Polius in *MS.*)

CHRISTOPHORUS SCHUBARTUS, Med. D. Ill. Pr. Georg. Rudolphi Ligio-Breg. Consiliarius & Archiater.

Felicem tenuit primum me Wola Medentem,
Avocat hac Ligii dextra benigna Ducis.

(*N.* Guraviæ mense Majo An. 1581. *θ.* Vrat. 3. Junii An. 1642. æt. an. 51. Henelius.)

CASPAR SCHULTES, Phil. & U. J. D. Ill. Pr. Lignicens. Consiliarius, & Reipubl. ibid. Consul & Syndicus.

Pansophie, Themis, Evepie, Suadela, Thalia,
Me fecere meo complacuisse Duci.

(*N.* Gryphimontii mens. Junio An. 1568. *θ.* Lignicii, apoplexia, 2. Junii An. 1629. æt. an. 61.)

AMBROSIUS SCHULTIS, a Frauenheim, JC. N P. C. Ill. Gymn. Breg. Collega & Bibliothecarius.

Bibliothecarius Bregæ Schultisius audit,
Acta notare potens, erudiisse valens.

(*N.* in pago Frauenheim prope Bregam An. 1554. ♃. Bregæ An. 1621. æt. an. 67.)

CASPAR SCHULTZ, Ecclesiæ Dracomontanæ Pastor.

Biblis erat fundamen, erant mihi cætera glossa;
Seu Calvine tua hæc, sive Luthere, tua.
(θ. in Pastoratu An. 1622.)

NICOLAUS SCHULTZ, U. J. D. in Curia Regia Districtus Leorini Præses, Ill. Com. in Barby Consiliarius, in Acad. Witteberg. Facult. Jurid. Adsessor, & Curiæ Elect. Advocatus Primarius.

Nestoris eloquio similis facundia Linguæ,
Illius ut, acri cum gravitate fluit.
(*N.* Leobergæ mens. April. An. 1598. ϑ. Wittebergæ 7. April. An. 1647. æt. an. 49. Epitaph.)

WENCESLAUS SCHULTZ, Phil. & Med. D. Reip. Patr. Lubenens. Consul, Physicus & Syndicus Provincialis.

Pocula dum præbes ægris, sacra Jura popello;
A Themide & Phœbo diceris esse satus.
(N. Lubenæ Michaele, Pharmacopœo & Scabino, & Helena Seiffertin, Parentibus, 26. Martii int. hor. 1. & 2 matut. An. 1609. θ. in Patria 5. Januar. An. 1662. ætat. an. 52. septim. 40. d. 5. off. Physicat. 27. Senatorii 26. Consulat. 24. Conjugii 26. Conc. funebr.)

CASPARUS SCHUTZ, Med. D. & apud Vratislav. Practicus.

Nil moror invidiam, nil dirae spicula mortis,
Auxiliatrices fert Hygieja manus.
(N. Nissæ *M*elchiore, & Anna Timeria, Parentibus, 15. Maji An. 1562. Calagius. ϑ. Wratislav. 25. Januar. An. 1627. ætat. an. 64.)

ELIAS SCHWAN, al. Schvvanberg, Abbas ad D. Virg. in arena Vratislaviæ.

No-

Nomine Cygnus eram, probitateque, voce piaque;
Ornarunt funus Cantica ſacra meum.

(N. Wratiſl. menſ. Januar. An. 1518. θ. in Patr. 14. Januar. An. 1583. ætat. an. 65. Sedit an. 33. Succeſſit ei Franciſcus, Abbas Saganenſis, cui Coadjutorio nomine adjungebatur Martinus, Cænobii ad D. Virg. Profeſſus. Pol. in *MS.*)

JOHANNES SCHWAB, Eccleſiæ Cathedralis Wratisl. Canonicus.

Chriſte, tuum verbum fuit actæ regula vitæ;
Quis canonum Myſtam me negitare velit?

(θ. Wratisl. 7. Decemb. An. 1496. ætat. an. 42. Epitaph.)

JOHANNES BAPTISTA SCHWAB, a Buchen, in Unchriſten, Reipubl. VVratislav. Senator.

Nomine ſum Suevus, Germanus pectore; tum quod
Pectora Germanum ſemper aperta velint.

(θ. VVratisl. 21. Julii An. 1615. æt. an. 68. Polius in MS.)

VIPERTUS SCHVVAB, ex Fagis, U. J. D. Reipubl. VVratisl. Syndicus.

Bresla mihi decorinè magis, decorine ego Breslæ?
Tu litem arbitrio ſolve, Themiſta, tuo.

(θ. Vratisl. 14. *M*aji An. 1560. æt. an. 60. off. 31. Pol. in MS.)

SIMON SCHVVARTZ, Reip. Suidnicenſ. Scabinographus, Muſicus excellens.

Muſica celeſtes imitans modulamine cantus
Vin recreet? noſtris invigilato notis.

(N. VVratisl. 28. Febr. An. 1529. Clar. ed. Scr. Muſicalibus. θ. Suidnicii.)

CHRISTOPHORUS SCVVARTZBACH, P. L. prius Scholæ Patr. Collega, deinde Gymnaſ. Mar. Magdalen. VVratisl. Con-Rector & Bibliothecarius.

Non niger es rivus, sed gurgite Phocidos ortus,
Humectas clario corda tenella vado.

(*N.* Laubæ Lusat. 24. Octob. An. 1588. *θ.* VVratisl. cælebs 13. Jan. intr. hor. 12. &. 1. pom. an. 1639. æt. an. 51.)

JOHANNES SCHWARTZBACH, Ill. Pr. Lignicens. Concionator Aulicus.

Nomine perpessus sacrati plurima verbi,
Non renuam mortem; sim modo, Christe, tuus.

(*N.* Tiguri Helvet. 2. *M*aji An. 1578. Lignicio in Patriam regressus, An. 1619. æt. an. 41. Casp. Keseler.)

JOHANNES a SCHWEINICHEN, in Mertsch &c. Illustr. Pr. Lignicens. Consiliarius & Ducatus Ejusd. Præfectus.

Sint Hyades aliis suculæ; tibi culta Themista
Phosphorus est priscæ Nobilitatis apex.

(N. 9. mens. April. An. 1610. *θ.* Lignicii 15. April. an. 1677. ætat. an. 67.)

DAVID a SCHWEINITZ, in Seiffers- & Petersdorff, Ill. Pr. Lignicens. Consiliarius, & Ducatus ejusd. Capitaneus.

Dives hic est virtute, fide integer, impiger arte
Schvveinicius, Ligii solque caputque fori.

(*N.* 23. mens. Maji An. 1600. Clar. ed. Scr. sacris & Genealogia Schvveiniziana. *θ.* Lignicii 27. *M*artii an. 1667. æt. 67. off. 10. Epit.)

ADAMUS SCHWEMMIUS, Ill. Pr. Monsterbergico-Olsnens. Consiliarius.

Instruxisse Ducem, sat erat mihi forsan honoris;
Consiliis addi me, cumulavit epos.

(N.28.

(*N.* 28. menſ. Aprilis An. 1579. ♃. Olsnæ 1. Martii An. 1643. æt. 64. Henel.)

CASPAR a SCHWENCKFELD, ob Oſſig, Eq. Nob. Sil. in Diſtrictu Lubenenſi, Ducatus Lignicenſis,

Internum informans hominem difformis habebar;
Nempe Evangelium vox mihi mentis erat.

(Clar. ed. Scr. Draud. Boiſſard. Intra 28. annorum ſpatium edidit Tractatus numerum 50. excedentes. Polius in *MS.* ♃. in Suevia 10. Decemb. An. 1561. ætat. an. 71. Bucholcer. Pol.)

CASPAR SCHWENCKFELD, Med. D. & Reip. prius Hirſchberg, deîn Görlicenſis Phyſicus.

Eſſe Dioſcorides poteras Schvvenckfeldius alter;
Morta quid obgannis? Scripta diſerta probant.

(*N.* Gryphimontii 1 *Maji* An. 1563. Clar. ed. Scr. plurimis. Draud. θ. Görlicii 9. Junii An. 1609. æt. an. 46. Vechnerus, & Polius in *MS.*)

M. BARTHOLOMÆUS SCHWETKIUS, Gymnaſii Ducalis Bregenſ. P. P.

Schvvetkius ex Hæmo quæ ſuſtulit arte Magiſtra,
Fœnore cum clariis dite reponit agris.

(*N.* Olsnæ menſ. April. An. 1580. θ. Bregæ 9. April. an. 1622. ætat. an. 42. Pol. in *MS.*)

ABRAHAMUS SCULTETUS, SS Theol. D. Electorr. Palatin. & Brandeburg. in Sacris Conſiliarius, & olim Heidelberg. Concionator Aulicus.

Multa patres ſcripſere pii, non æque perinde;
Cortice ſepoſito parta Medulla mihi eſt.

(*N.* Grunæbergæ 24. Auguſt. An. 1566. Polius in MS. (1567. Gualterius.) Clar. ed. Scr. plur. Draud. ♃. Embdæ Friſior. 24. Octobr. An. 1625. æt. an. 59. Regenvolſcius in Syſtem.)

ADA-

ADAMUS SCULTETUS, Ecclesiæ Patriæ Stregensis Pastor & Senior.

Quid mihi præscribat mortalis homuncio? verbum,
Quid mihi credendum, continet omne DEI.

(*N.* Stregæ 9. Octob. An. 1565. θ. in Patr. 25. Martii an. 1633. ætat. an. 68. Minist. 43.)

BARTHOLOMÆUS SCULTETUS, JC. & apud VVratisl. Practicus.

Patronus caussas variorum tracto clientum,
Sat Juri ut faciam, cura ea tota mea est.

(*N.* Olsnæ Bartholomæo, Notar. prius Olsnens. postea Advocato Wratislav. & Clara Schiltinia, Parentibus, 13. Sept. An. 1563. θ. Pragæ apoplexia 2. April. an. 1616. æt. an. 53.)

FRIDERICUS SCULTETUS, Ecclesiæ Wolaviens. Pastor & Superintendens.

Corde salutiferum colui, docuique Jehovam;
Postera pacificum secula me referent.

(N. Hirschbergæ 7. mens. Junii An. 1603. ϑ. Wolaviæ apoplexia 24. Decemb. hor. 12. noctis an. 1658. æt. an. 56.)

HENRICUS SCULTETUS, JC. Consiliarius Trachenbergicus.

Musa, Themis, Sophie, genii sunt numina nostri;
Cur Famam ergo negent Musa, Themis, Sophie.

(N. Francosteinii 21. April. an. 1559. ϑ. Mens. April. an. 1618. æt. an. 59. Polius in *MS.*)

HIERONYMUS SCULTETUS, Brandeburgi & Havelbergæ Episcopus.

Nomen habet sanctum, licet ortus agreste Parente;
Munus Episcopii gessit honore gravi.

(*N.* Gram-

(*N.* Gramſchützii Ducat. Glogov. pago, Patre Sculteto loci. Vir mulijugæ lectionis, & exquiſitæ doctrinæ, cum quo Lutherus de Indulgentiis multum egit. v. Andreas Angelus in Chron. Manſ. L. 3. p. 267. & Seckendorff. Hiſt. Lutheraniſmi T. I. p. 32. θ. Havelbergæ 29. Octob. An 1522. Pol. in MS.)

JOHANNES SCULTETUS, cognomento Montanus, Reip. Patr. Stregenſ. Phyſicus, Philoſophus & Medicus.

Strega ſigilliferi celebris quæ munere terræ,
Eſt etiam celebris laudis honore meæ.

(*N.* Stregæ menſ. Junio An. 1531. Hic an. 1550. in Patria invenit Terram ſigillatam, de qua An. 1583. luculentiſſ. ſcripſit, felix Theophraſti Imitator. θ. in Patria 3. Junii An. 1604. æt. an. 73. Henelius. Pol. in MS.)

JOHANNES SCULTETUS, Phil. D. prius Schol. Ducal. Lignicenſ. Rector, deinde in Gymnaſ. Bethan. Logic. P. P. & Pædagogii Rector.

Te Sais & Muſæ ſibi delegere Magiſtrum:
Scilicet his aptum quod datur, omne facis.

(*N.* Freiſtadii 22. Sept. An. 1570. C. E. Rhet. qua utitur Schola Lignicenſis. θ. Dyſenteria 1. Dec. an. 1629. ætat. an. 59. Henelius.)

JONAS SCULTETUS, JC. Illuſtriſſ. Comitis Lesnenſis Conſiliarius & Dicaſterii Gurenſis Protonotarius.

Sleſiacos mappis ſignavi rite Ducatus,
Dic, Patriæ civis degener eſſe queam?

(*N.* Sprottaviæ 30. Julii horis matut. an. 1603. Clar. ed. Mappis Sil. θ. in Majori Tſchirna 14. Junii an. 1664. ætat. an. 61.

MICHAEL SCULTETUS, Eccleſiæ Parochial. Bregenſ. Paſtor & Senior.

Doctori par Sculteto cognomine ſane es;
Officio ſimilis, par pietate GenI.

 (*N.* Bre-

(*N.* Bregæ 27. *M*aji An. 1559. ♎. in Patr. 23. Sept. An. 1618. æt. 60. curr. Minist. 36. Orat. funebr.)

PETRUS SCULTETUS, P. L. Ecclesiæ VVolaviensis Diaconus.

Carmina docta canens, habitus sum carmine dignus;
Biblica sacra docens æthere dignus ero.

(Clar. ed. Scr. An. 1614.)

TOBIAS SCULTETUS, de Bregoschitz & Schvvanensee, U. J. D. Com. Palat. II. DD. Impp. Roman. & Regg. Hungar. & Bohem. Consiliarius & Commissarius, Regiique per Sil. & Lusat. Inferior. Fisci Patronus.

Qui Sophus & vates, qui Doctor habetur & Æqui,
Fit Comes auspicio, dive Rudolphe, tuo.

(*N.* Ossitii Hermund. 29. Octob. an. 1565. Clar. ed. Scr. Draud. ♎. Wratisl. in Burgo Regio 26. (18. circ. h. 11. & 12. noctis Polius in *MS.*) April. an. 1620. æt. 54. mens. 6. Nic. Henelius.)

TOBIAS SCULTETUS, P. L. Ecclesiæ Cunzendorpian. in Com. Glacens. Pastor.

Sacra docens & sacra canens modulamine suavi,
Nomine Theiologi, nomine vatis ovo.

(*N.* Reichenbachii 25. Julii An. 1563. Vixit E. S. an. 1618. ætat. an. 55.

WEIGHARDUS SCULTETUS, de Schuliz, Phil. & Med. D. Sereniss. Pr. Transylvaniæ Consiliarius & Archiater.

Chironis comes es versans medicamen utrumque;
Perge ita; Chironis munere dives eris.

(N. Trachenbergæ, Patre Casparo, Pastore loci 17. Febr. circ. hor. 12. noctis an. 1599. ♎. Redux ex itinere Constantinopolitano prope Fogaras in Transylvania a sicariis subornatis occisus,

cisus, & Oto fluvio sub glaciem injectus mense Novembri an. 1630. æt. 32. curr.)

JOHANNES SEBALDUS, Ecclesiæ Olaviens. Pastor, Presbyterii Senior, & Scholæ ibid. Inspector.

Præcavit pietas & disciplina modesti,
Ne capiat damni quid Cathedra atque schola.

(*N.* Böesæ, in veteri Marchia, mense *M*artio An. 1566. *θ.* Olaviæ 30. *M*artii An. 1617. æt. an. 51. Pol. in *MS.*)

ADAMUS a SEBISCH, in Marschvviz, Consiliar. Cæs. & Ducat. Wrat. Capitaneus.

Sebisio regnante bonum requiescit & æquum,
Nempe bono atque æquo deditus usque fuit.

(*N.* Wratisl. 24. Novemb. An. 1571. Fit Præses Collegii Senatorii 21. Maji 1625. Fit Capitaneus 16. Octobr. eod. an. 1625. *θ.* in Patria 16. Decemb. an. 1638. æt. an. 67. off. 29. Sermo Parental.)

FRIDERICUS, Ambrosii Fil. SEBISCH, Med. D. Ill. PPrr. Bregens. Archiater.

Chloris, Apollo, Charis, Meditrina, Salusque, Saisque;
In laudes abeunt numina sena tuas.

(*N.* Nissæ mense Martio An. 1544. *θ.* Bregæ triennali omnium membrorum tremore, 17. (7. Pol. in MS.) Nov. an. 1613. ætat. an. 70. Henelius.)

GEORGIUS SEBISCH; U. J. D. Ill. Pr. Teschin. D. Adami Wencesl. Consiliarius.

Justitiæ adsertor, Juris Patronus & æqui,
Legibus absolvo, quæ bona; plecto malos.

(*N.* Wratisl. Simone, Aurasii Præfecto, & Martha Hengelia, Parentibus, 14. Januar. an. 1552. Calagius. *θ.* 14. April. hor. 4. pom. an. 1623. æt. an. 72. curr. Pol. in MS.)

GODOFREDUS a SEBISCH, & Radoſchkovviz, in Unchriſten, Sacr. Cæſ. Mtis & Cam. Imperial. Sileſ. Vrat. Conſiliarius.

Siccine ſvirtutis modus & doctrina redonat
Nobilium tabulis te, Godofrede, ſacris.

(*N.* Vrat. 10. Dec. An. 1580. ϑ. in Patr. 26. Octob. An. 1659. ætat. 79.)

SAMUEL a SEBISCH & Mahlen, Collegii Senat. in Republ. Patria Vrat. Præſes, & Caſtri Namslavienſ. Director.

Me gravitas morum, ſtudium probitatis & æqui,
Breslei ſtatuunt lumen & alpha fori.

(θ. Vrat. in Patria 1. Febr. An. 1671. æt. an. 74. curr. off. Senat. 34. Præſid. 14.)

VALENTINUS a SEBISCH & Radoſchkovviz, Ill. Pr. Lignicenſ. Conſiliarius, & rei bellicæ peritiſſ.

Inque ſago, inque toga, ſi forte quieſcere pulcrum;
Ornate o! meritum Marsque Themisque Virum.

(N. Vrat. 4. menſ. Junii An. 1577. θ. in Patr. 20. Aug. hor. 6. mat. An. 1657. æt. an. 80. current.)

MATTHIAS SEBISIUS, Phil. & Med. D. Ill. Prr. Lignicenſ. Archiater, & Reip. ibid. Phyſicus Ordinarius.

Grata fides mea principibus fuit, atque medela;
In patria gratum eſt occubuiſſe mihi.

(N. Vrat. menſe Majo An. 1534. θ. in Patr. 16. Maji An. 1614. æt. an. 80. Polius in *MS.*)

MELCHIOR SEBISIUS, Senior, Phil. & Med. D. Archiater Argentinenſis, & in Academia ibid. P. P.

Et docui & feci medicamina tuta tot annos;
Totus iu hoc curſu, totus in arte fui.

(N. Falckenbergæ in Ducat. Oppolienſ. menſ. Junio An. 1539.

Clar

Clar. ed. Scr. Draud. ♃. Argentinæ 19. Junii An. 1625. æt. 86. off. 46. Remus.)

JOHANNES SECCERVITIUS, Poeta, & Acad. Gryphisvvald. P. P.

Et tibi Phœbus adest, elego seu carmine ludas;
Seu referas Epicis grandia facta sonis.

(N. Wratisl. Edidit Ecclesiasticum Elegiaco carmine Basileæ typis express. An. 1556. Polius in *MS.* & mult. al. Scr. Gesner. Draud. Vixisse illum scribit an. 1572. Henelius.)

M. GEORGIUS SEIDELIUS, Gymnasii Elisabetan. Vrat. P. Primarius.

Plautus amor meus est, mea cura Terentius & cor,
Famam hanc post fatum Comica Musa dabit.

(N. Olaviæ 4. Februar. An. 1550. Uxorem duxit D. Esaiæ Heidenreichii Filiam. Clar. ed. Scr. θ. Wrat. 6. Maji An. 1626. æt. an. 77. off. Schol. 52. Supervixit LX. Scholarum hujus loci Collegas. Polius in *MS.*)

M. GEORGIUS SEIDELIUS, prius Ecclesiæ Olsnens. deinde Neapolitanæ Patr. & ad Spir. Sanct. denique Mar. Magdalen. ibid. Pastor & Præpositus.

Magister Georgius Seidelius, per Anagr.

Is me elegit vas Sudoris Gregi.

Is, (Deus) elegit me vas Sudoris & artis,
Credenti ut monstrem dogmata dia gregi.

(N. Wrat. Patre M. Georgio, Prof. Elisab. 22. Maji intr. h. 10. & 11. noctis An. 1596. θ. in Patr. ipso die Georgii, qui erat 23. April. An. 1667. ætat. an. 71. current, Ministerii hic & alibi 45.)

MICHAEL SEIDELIUS, Phil. & Med. D. & apud Vrat. Practicus.

Hic quoque Pœoniam cum fœnore factitat artem,
Collaudat fidam plurimus æger opem.

(N. Boleslaviæ menſ. Majo An. 1580. ✝. Vrat. 2. Maji hor. 7. matut. An. 1634. æt. an. 54.)

MARTINUS SEIDEMAN, Eccleſiæ Leoberg. Paſtor, & Schol. ibid. Inſpector.

Te Leoberga catis Paſtorem amplectitur ulnis,
Proque Magiſterio geſtit habere ſuo.

(N. Laubæ Luſat. 9. Nov. An. 1563. ✝. Leobergæ febri maligna 14. Oct. an. 1627. æt. an. 64.)

ABRAHAMUS, Frid. M. D. & Abrah. Secretarii, Pater; SEILLERUS, Med. D. Ill. PPrr. Ligio-Bregenſ. Conſiliarius & Archiater, ut & Reip. VVratiſl. Phyſicus Ordinarius.

Principibus gratus, charus Patriæque boniſque;
Nempe etiam Medico numine plenus erat.

(✝. Vrat. 17. Nov. An. 1583. æt. an. 52. Polius.)

ABRAHAMUS SEILLERUS, Inferioris Judicii Provincialis Ducat. Vrat. Præſes, & Reip. Patriæ Secretarius.

Ars, Arete, Suadela, Charis, Pietasque, Fidesque,
Ereptum tenebris me ſuper aſtra locant.

(N. Vrat. Abrahamo, Phil. & Med. D. & Anna Schmidia, Parentibus, 30. Jan. An. 1577. Calagius. Fit Scabinus Provincialis 20. Febr. An. 1613. Secretarius 7. April. An. 1614. Polius in *MS*. ✝. in Patria 6. Junii An. 1638. æt. an. 61. current. Calend. Eccl.)

DANIEL SEILLER, Reipubl. Patriæ Vratislavienſis Senator.

Ut cœli facies radianti purpurat auro;
Sic tibi verna ſuas Suada miniſtrat opes.

(N. Vrat.

(N. Vrat. 27. Febr. An. 1615. θ. in Patr. 5. Julii circ. hor. 9. vesp. An. 1653. æt. an. 38.)

FRIDERICUS, Abrahami Junioris Frat. Germ. SEILLERUS, Med. D. & Reip. Patriæ Vratisl. Physicus.

Me quoque dia suis jungens Meditrina dynastis,
Condixit curis praemia digna meis.

(*N.* Vrat. 11. Julii An. 1575. Calagius. θ. in Patria 30. Julii An. 1616. æt. an. 41. d. 19. Polius in *MS.*)

M. GEORGIUS SEILERUS, Ecclesiae Lignic. ad B. Virg. Pastor & Superintendens.

Ver licet aetatis tibi floreat; arte Magistra
Tu tamen anticipas cognitione Senes.

(Una cum Trocedorffio docuit in Schola Lignicense, antequam Boleslaviæ per annos quatuor Juventutem instruxerat. Polius in *MS.* ϑ. Lignicii 10. Maji An. 1560. ætat. an. 38. Epitaph.)

JOHANNES SEILERUS, Senior, Reipubl. Boleslaviensis Consul.

Obtulit ob rarum virtutis & artis amorem
Consulis officium, culta Bolesla, tibi.

(θ. Boleslaviæ 23. Jan. An. 1573. æt. an. 51.)

JOHANNES, Johannis Filius, SEILERUS, Reip. Patr. Boleslav. Consul.

Suavis ut est nati laus, jura paterna tueri;
Sic laus, in nati laude virere, Patris.

(N. Boleslaviæ 25. Jun. An. 1588. ϑ. in Patria 30. Maji An. 1649. æt. an. 61. off. 37. Epitaph. Orat. funebr.)

ADAMUS a SENITZ & Rudelsdorff, in Ranckavv & Queitsch, Eques Silesius.

An-

Anteferat Martem Musis, cui castra voluptas;
Ars animi recreat sensa profunda mei.
(N. - - - θ. - - -

HENRICUS a SENITZ in Rudelsdorff & Vogelgesang. Senior, Ill. PPrr. Bregensium Consiliarius, & Diœces. Strelens. & Nimicensis Capitaneus.

Quem juvenem docuere, virum coluere senemque;
Stemmatis augmentum Marsque Saisque mei.
(θ. 31. August. An. 1596. ætat. an. 63. curr. off. 28. Polius in *MS.*)

HENRICUS a SENITZ in Rudelsdorff Junior, Strelens. & Nimicens. Præfectus.

Stemma meum, pro more Patrum, virtutibus orno;
Senitium haut aliter continuatur epos.
(θ. 16. August. An. 1624.)

MELCHIOR, Henrici Sen. Fil. a SENITZ in Rudelsdorff, Ill. PPrr. Ligio Bregens. Consiliarius, & Ducat. Bregens. Præfectus.

Nobilitas, Virtus, Prudentia, Jusque, piumque,
Queis vigeo, summo me posuere loco.
(θ. Bregæ 24. August. hor. 11. vespert. An. 1642. ætat. an. 64. off. 36.)

DANIEL SENNERTUS, Phil. & Med. D. Elector. Sax. Archiater, & Acad. Witteberg. P. P.

Phœbi utriusque decus clarium Sennertus ad Albim,
Cum Viadro atque Albi didit utrumque decus.
(N. Vratisl. Nicolao, & Catharina Heilmannia, Parentibus, 25. Nov. circa Solis ortum An. 1572. Calagius. Clar. ed. Script. Draud. θ. Wittebergæ 25. Julii An. 1637. æt. an. 65. profess. 35. Acad.)

JERE-

JEREMIAS SETSERUS, Phil. & U. J. D. Acad. Francofurt. P. P. & Judicii Regii in Inferiori Lusatia Adsessor.

Justinianei Setserus codicis Hermes,
Et Salæ, & Rheno cognitus,& Viadro est.

(*N.* Suidnicii 8. *Martii* An. 1568. ex Origano Calagius. C. E. S. Draud. θ. 5. Octob. an. 1608. ætat. an. 41. current. Polius in *MS.*)

ZACHARIAS, Jerem. Frat. SETSERUS, Suidnicio-Sil. JC. & Acad. Heidelberg. P. P.

Disposuit posita Eusebiæ Setserus acute;
Deposuit mors hunc & feretro imposuit.

(Clar. ed. Scr. An. 1598. Draud.)

JOHANNES SEVELENBERG, Phil. & Med. D. Practicus in Patria, Poeta in Tragicis felix.

Pœoniæ meruit dici decor aureus artis,
Semianimes orci faucibus eripiens.

(*N.* Lignicii mense *Majo* An. 1600. θ. ibid. 24. *Maji* an. 1656. æt. an. 56.)

M. JACOBUS SEVERINUS, P. L. Pastor in Blesvviz, Ducat. VVrat.

Musa Severinum mellito Nectare potans,
In Metagrammatico vincere jussit agro.

(Clar. ed. Scr. Draud. Vixit Senex, an. 1616. VVratisl.)

M. MELCHIOR SEVERUS, prius Scholæ Lubenens. deinde Saganens. denique Gymnasii Ducalis Bregensis Rector & Professor.

Docta serenato conscribis carmina plectro;
Dic age, cur nomen tale, Severe, geris?

(*N.* Pribusii mens. Febr. *An.* 1528. θ. Bregæ 8. Februar. An. 1589. æt. an. 61. Pol. in *MS.*)

M. PETRUS SICKIUS, prius Acad. Regiomont. P. P. deinde Gymnasii Bregensis, denique Ducalis Goldbergensis Rector.

Pansophiam doctus, docui quoque credita corda;
Chrysorea hoc mihi dat, Bregaque culta, decus.

(*N.* Stralsundæ Pomeran. mens. April. *An.* 1528. ♃. Goldbergæ 26. April. an. 1588. æt. an. 60. Polius in *MS.*)

NICOLAUS SIDERUS, ad S. Christophori VVratisl. Concionator Polonicus.

Sidera, dic, nomen tibi num Sidere, dedere?
Hac tibi cura fuit ducere corda via.

(♃. VVratisl. 24. Maji An. 1583. Minist. an. 23. Polius.)

HIERONYMUS SIGHARTUS, Ecclesiæ Bulcolucanæ Pastor.

Discipulus magni quondam fuit iste Lutheri;
Annis inferior, non fide & eloquio.

(N. Hirschbergæ mens. Decemb. An. 1521. ♃. in suo Pastoratu 8. Decemb. an. 1601. æt. an. 79. Polius in *MS.*)

ALBERTUS a SIGROTH & Schlavvickavv, Ill. Pr. Monsterbergico-Olsnens. Consiliarius, & District. Namslaviens. Præfectus.

Calliopea favo clario te, Alberte, cibavit;
Ut speculum fieres nobile nobilium.

(N. mens. Januario An. 1576. ♃. 30. Januar. an. 1632. æt. an. 56.)

ALBERTUS a SIGROTH & Schlavvickavv in Gallvviz, Ill. Pr. Olsnensis Consiliarius.

Sint subcesivis obiter quæ feceris horis;
Legibus Eunomiæ propria cura datur.

(N. in pago Schützendorff m. Martio An. 1594. ♃. Namslaviæ 1. April. an. 1641. æt. an. 47. Hubrig.)

ALBER-

ALBERTUS a SIGROTH & Schlavvickavv in Schützendorff, Milatſchiz & Schmolniz, Ill. Pr. Olsnenſ. Conſiliarius & Ducat. Præfectus.

Pieridum virtus, Themidos cor, dexter ocellus
Principis hic audit; dignus honore vir eſt.

(*N.* in Milatſchiz menſ. Januar. An. 1549. ϑ. in Schützendorff 24. Febr. an. 1612. æt. an. 63. Hubrig.)

GODOFREDUS a SIGROTH & Schlavvickavvv, in Majori & Minori Milatſchiz, Ill. Pr. VVürtembergico-Olsnenſ. Conſiliarius, & Ducatus Præfectus.

Polliit Eurynome cerebrum tibi, pectus *Alethe*;
Præſide te, melius, dic, queat Olsna frui?

(*N.* in Milatſchiz 17. Sept. An. 1609. ϑ. in prædio ſuo menſ. Mart. an. 1677. æt. an. 68. curr. off. an. 10.

GEORGIUS SILVANUS, elegantiſſ. Poeta.

Famam aliis, mihi Muſa famem dedit, Enthea quamvis;
Numquid Jämbæum vult ea dona melos?

(*N.* Strelæ. θ. Romæ, in Xenodochio. Polius in MS. Meminit ejus Fauſtus, Henelius, Faber.)

M. JOANNES SITSCH, Eccleſiæ Hirſchbergenſ. Paſtor & Senior.

Contribuit cunas mihi Bresla, Hirſchberga Cathedram;
Dedecori nulli, fidus utrique fui.

(*N.* Wratisl. menſ. Octobr. An. 1541. ϑ. Hirſchbergæ 16. Sept. an. 1586. æt. an. 45. Polius in *MS.*)

PAULUS SLEUPNERUS, U. J. D. Ill. Pr. Oppavienſ. Conſil. & Cancellarius.

Dia Themis, Charitum trias aurea, Panſophieque
Erudiere tuum cor, labia, ingenium.

 (*N.* Wra-

(N. VVrat. 1. Martii An. 1583. ϑ. Havelbergæ in Marchia 17. Julii An. 1625. æt. an. 43. curr. Henelius.)

SEBASTIANUS SLEUPNERUS, SS. Theol. D. Eccl. Cathedr. VVrat. Canonicus.

De Cæna, docuit quæ nostra Ecclesia, credo;
Est ubi panis, ibi est & caro, Christe, tua.

(Clar. ed. Scr. An. 1560. θ. VVratisl. 30. Junii an. 1572. Epitaph.)

JOHANNES SPANERUS, JC. Ill. Pr. Lignicens. Bregens. & VVolaviens. Consiliarius.

Longa Duci placuit nostri experientia juris;
Firma fides summo, cum pietate, DEO.

(N. Schienbergæ Morav. feria II. Nativitatis Christi An. 1599. θ. Bregæ 7. Januar. an. 1656. æt. an. 57.)

GEORGIUS SPECHT, JC. Judicii Provincial. Regii Glogov. Præses s. Prætor.

Picus ego picas moror haut; Themis est mea cura;
Post Jovam, juri justitiæque obeo.

(N. Glogoviæ mens. Febr. An. 1561. θ. in Patria 21. Mart. An. 1622. æt. 61.)

JOACHIMUS SPECHT, U. J. D. Ill. Pr. Ligio-Bregens. Joach. Friderici Consiliarius.

Sacra catenatos mihi Jura tulere labores;
Quin Ducis ipsa mei mi labor Aula fuit.

(N. Glogoviæ, Johanne, Senatore, & Anna, Laurentii Andreæ Senatoris Filia, Parentibus, 1. April. An. 1558. Calagius. ϑ. Lignicii febri epidemica 21. Febr. An. 1598. ætat. an 40. Epitaph. Bucholc.)

JOHANNES SPECHT, in Modlavv & Heinersdorff, U. J. D. Ducat. Glogov. Cancellarius.

Alter

Alter Ariſtides Glogoji Spechtius orbis,
Fulcit Adraſteæ jura verenda ſuæ.
(θ. Glogoviæ in Patria, febri maligna, menſe Februar. An. 1618. Polius.)

JEREMIAS SPERERUS, Ill. Pr. Ligio Bregenſ. Conſiliarius & Secretarius.

Principis acceptare mei ſecreta paratus,
Quod valeo, fida proſequor omne fide.
(N. Hirſchbergæ 15. April. An. 1582. θ. Lignicii 11. Maji an. 1629. ætat. an. 47. Epitaph.)

JOHANNES SPREMBERGER, Med. D. & Reip. VVratislav. Phyſicus.

Hippocratem me Bresla ſuum populoſa profeſſa eſt;
Nempe meam ſenſit tempore peſtis opem.
[(θ. VVratisl. 22. Febr. hor. 10. matut. An. 1577. æt. an. 66. off. 30. Polius in MS.)

PETRUS SPREMBERGER, U. J. D. Reip. Wrat. Syndicus, & Ducat. Pro-Cancellarius.

Syndicus Æquidicam Breslæ prænobilis Ædem
Conſiliis juvi, ſuada operante, meis.
(θ. Wratisl. 7. Junii An. 1604. æt. an. 47. off. Syndicat. 14. Cancellariat. 10. Succeſſit ei Chriſtoph. Henſcherus. Polius.)

ADAMUS a STANGE & Stonsdorff, in Kuniz, II. Impp. & Ill. PPrr Ligio-Bregenſ. Conſiliarius, & Ducat. Lignicenſ. Præfectus.

Nobilitas gemma eſt, aurum almæ Palladis artes;
His, illaque nitens Euſebiarcha feror.
(θ. in Seceſſu ſuo Kuniz 24. Aprilis an. 1625. æt. an. 59.)

DAVID a STANGE, & Stonsdorff, in Kuniz & Zeſſel, Ill. Pr. Würtembergico-Olsnenſis Conſiliarius.

Me tractasse Ducis sinuosa negotia Sylvi,
Et mores hominum perdidicisse, juvat.

(*N.* in pago Kuniz, Ducat. Lignicens. mens. Februario An. 1605. *θ.* Zesslaviæ, in prædio suo, die Stephani an. 1657. æt. an. 52.)

HENRICUS a STANGE & Stonsdorff, in Sasterhausen & Schwenckfeld, S. C. Mtis & Ill. Pr. Ligio-Bregens. Consiliarius.

Eugenie, Themis, Evepie, Musæque, Saisque,
Patronum ex merito me voluere meo.

[*θ.* 8. Novemb. An. 1626. æt. a. 50. S. Grunæus an. 38. Polius in MS. Orationem habuit de Germaniæ perlustratione quæ habetur Vol. 1. Orat. Kirchn. p. 241.)

M. LAURENTIUS STARCK, Hertzberga-Saxo Ill. Pr. Ligio-Bregens. Concionator Aulicus, & ejusd. Ducatus Bregens. Superintendens Generalis.

Nomine fortis erat; miti tamen hic fuit usque
Pectore; concelebrans jussa verenda DEI.

(*θ.* Bregæ 21. Maji An. 1593. ætat. an. 58. Minist. 18. Polius in MS.)

CHRISTOPHORUS a STAUDENHERTZ de Kremniz, L. Baronat. Milicens. Cancellarius.

Jura mihi curæ; cordi mihi dia Poesis;
Me Fama mactant istaque & illa sua.

(*N.* Suidnicii 25. August. An. 1568. Vixit an. 1608. Ed. Epigr. æt. an. 40.)

CHRISTOPHORUS a STAUDENHERTZ, prius Reip. Suidnicens. Secretarius, deinde Consiliis & Legationibus clarus.

Iste metalliferæ terræ instaurator & altor,
Exauxit priscæ nobilitatis epos.

(Prima nobiliss. Gentis origine Austriacus, Patria Hungarus. Res metallicas in Ducatu Suidnicens. instauravit Primus. In Matricu-

triculam Regni Bohemiæ relatus. θ. 31. Auguſt. An. 1584. æt. 42. Epitaph.)

JOHANNES STEINBACH, Med. D. & Reip. Patr. Phyſicus.

Ars mea morborum varias inquirere cauſſas;
Quid cenſes curas heic potuiſſe meas?

(*N.* Javoræ. Clar. ed. Scr. Draud. θ. in Patria 7. *M*aji An. 1591. Pol. ex Epitaph.)

JOHANNES STEINBERGER, Med. D. Caliſſii in Polonia Practicus.

Ars mea Germanis geſta eſt ſimul atque Polonis;
Felicem Medica me canit omnis ope.

(*N.* Freiſtadii die Johan. Baptiſt. An. 1577. Vixit An. 1617. ætat. an. 40.)

MELCHIOR, M. Nicolai Frat. STEINBERGER, Reip. VVrat. Patr. Scabinographus.

Incluta Bresla mihi ſua credidit acta notanti;
Credidit & Clariam Calliopea chelyn.

(*N.* Wratiſl. menſ. Auguſto An. 1548. θ. in Patria 8. Auguſt. an. 1599. ætat. an. 51. off. 22. Polius in *MS.*)

M. NICOLAUS STEINBERGER, P. L. Gymnaſ. Eliſabet. Patrii Rector & P.

Laurea conceſſit mihi contribuente Rudolpho;
Cauſa fuit Muſæ vena benigna meæ.

(*N.* Wratisl. menſ. April. An. 1553. Lauream accepit ab Imp. Rudolpho II. An. 1577. Fit Rector 29. Maji An. 1578. ϑ. in Patria 27. *M*aji hor. 6. veſpert. An. 1610. æt. an. 67. off. Schol. 12. Rectorat. an. 32. Polius in *MS.*)

VALENTINUS STEINICHIUS, U. J. D. Ill. Pr. Monſterbergico - Olsnenſis Conſiliarius.

Ætas

Ætas longa Patris longam mihi contulit artem,
Qua mea per mundi climata Fama viret.

(*N.* Olsnæ menſ. Januar. (Patr. Stephano, qui exceſſerat annum octuageſimum.) An. 1561. *θ.* in Patria. phthiſi 20. Januar. an. 1601. æt. an. 40. off. 10. ex Epitaph. Polius in *MS.*)

BARTHOLOMÆUS STENIUS, Cruciferorum Ordinis Sacerdos.

Ordo mihi Crucifer proprius fuit, & proprium iſthoc
Deſcripſi calamo mœnia celſa meo.

(*N.* Bregæ Flor. An. 1584. Henelius. Clar. ed. Scr. An. 1595.)

HENRICUS STEPHANUS, JC. Conſiliarius Cæſareus, & Fiſci per Sil. Patronus.

Charus eram Stephano librorum antiſtiti acuto;
Quod reliquum, referet Cæſarianus honor.

(*N.* VVratisl. menſ. Julio An. 1551. Clar. ed. Scr. plur. Draud. ϑ. in Patria 17. Auguſt. An. 1598. ætat. an. 47. Pol. in *MS.*

VINCENTIUS STEPHANUS, Eccleſiæ Ravicenſ. Auguſtanæ in Polon. Paſtor Primus Evangelicus.

Legem Evangelii ſine crimine tradidit iſthic;
Hinc capiti pretium poſta Corona ſuo eſt.

(*N.* VVeigelsdorpii prope Monſterbergam 1. Febr. An. 1592. *θ.* Ravicii 8. Octob. hor. 2. matut. An. 1655. æt. an. 63. ſeptim. 36. d. 3. Miniſt. 39. curr.)

MATTHIAS JOHANNES STEPHETIUS, SS. Th. & U. J. D. Eccleſ. Cathedralis VVratisl. Canonicus & Concionator.

Et Canones Biblicos & Jura ſacrata ſubivi;
A Themide & Bibliis ſuave noëma ferens.

(N. in pago Lichtenberg, Diſtrict. Francoſteinienſ. exeunte menſ. Januario An. 1617. ϑ. VVratisl. 15. Julii hor. 9. veſpert. An. 1668. æt. an. 53. curr.)

CUN-

CUNRADUS a STERNBERG, in Guttvvein, Eq. Sil. Ill. Pr. Monsterbergico-Olsnensi a secretioribus Expeditionibus.

Et quia consilio polles Cunrade; probavit
Princeps os clausum, cor, caput, atque manus.

(*N.* Rudelsdorpii L. Baronat. Wartenberg / 28. Febr. A. 1604. *θ.* calculo in agro Guttvvein 28. Martii an. 1656. æt. 52.)

MELCHIOR STEUDNERUS, Juris peritus & Reip. Patriæ Consul.

Consiliis patriam juvit Steudnerus in annos
Hem! triginta duos; suavene laudis epos?

(*N.* Gryphimontii 12. Januar. An. 1586. *θ.* Laubæ 23. Sept. An. 1646. ætat. an. 61. curr. off. 32.)

M. BARTHOLOMÆUS STIRIUS, Scholæ Suidniciensis Rector.

Atria Pieriæ recludit Stirius Ædis;
Ductore inniti non meliore potes.

(*N.* Wolaviæ 25. Augüst. An. 1573. *θ.* Suidnicii 21. Januar. An. 1624. æt. an. 51. Pol. in *MS.*)

THOMAS STOLCERUS, Musicus, Sereniss. Regis Hungariæ & Bohemiæ Archiphonascus.

Stolcerus vagulis certans Syrenibus undas
Occupat; o vestrum turba canora decus!

(*N.* Suidnicii. Meminit ejus Henelius & Faber.)

JOHANNES STOLSIUS, U. J. D. Ill. Pr. Olsnens. Consiliarius, L. B. Plessa-Promnitianus Consil. & Ducat. Glogov. Syndicus.

Eunomie titulum, munus Glogovia confert;
Olsnensis fidam Dux probat ipse fidem.

(*N.* Fraustadii 6. Januar. An. 1589. Cl. ed. Disputationib. θ. Wrat. 19. August. intr. hor. 5. & 6. mat. An. 1643. æt. an. 54. septim. 32. Orat. funebr.)

ZACHARIAS STOPIUS, Sil. Reip. Rigensis Physicus.

Bresla mihi cunas, sedem pia Riga dicavit;
Pestifugus Medicum me docet esse liber.

(*N.* Wratisl. Clar. ed. Scr. An. 1569.)

NICOLAUS STOR, in Acad. Lipsiens. SS. Theol. P.P.

Missa quidem multis error communis habetur;
Mî tamen officium sacrificasse DEO.

(*N.* Lignicii. Flor. sub D. Imp. Sigismundo An. 1411. Clar. ed. Scr. de officio Missæ, an. 1467. Gesn.)

ALEXANDER, Casp. Fil. a STOSCH, Judicii Regii in District. Gurens. Adsessor.

Magnus Alexander sit toto clareat orbe;
Juridicum clarant te tua facta virum.

(*N.* 12. *Martii* An. 1616. θ. 6. Februar. an. 1657. ætat. an. 41. Casp. Keseler.)

BALTHASAR a STOSCH, Senior, Regii Judicii in District. Gurens. Adsessor.

Tschirna meis loculis multo formosior aucta est;
Solvite vos cives vota, precesque, Deo!

(Tschirnam Silesiæ ad Polon. confinia limitaneum Oppidum in Civitatis formam erexit, An. 1584. θ. 4. April. an. 1600. æt. an. 59. Id. Keseler.)

BALTHASAR a STOSCH, II. Casp. Frater, Regii Judicii in Distr. Gurens. Adsessor.

Fra-

Fratris ad exemplum culmen virtutis apiſci,
Incubui toto pectore; & obtinui.

(*N.* menſ. Februarii An. 1577. *θ.* 7. Febr. an. 1626. æt. an. 49. Id. Keſeler.)

CASPARUS, Balthaſ. Sen. Fil. a STOSCH, Diſtrictus Gurenſis Capitaneus.

Vertice ſublimi pro conſo ſidera poſce
Gura tuo; poſcit publica vota ſalus.

(N. menſe Februario An. 1570. *θ.* 16. Sept. An. 1627. ætat. an. 57. Keſeler.)

CASPARUS, Balthaſ. II. Fil. a STOSCH, Regii Judicii Diſtr. Gurenſ. Adſeſſor.

Nomine ſcriba, noto ſinuoſa negotia Juris,
Hujus & ad normam litigioſa rego.

(N. 27. Auguſt. An. 1611. Vixit an. 1654. æt. an. 43. Keſeler.)

DAVID GODOFREDUS, Caſpar. Filius, a STOSCH, Eq. Sil. Vir eruditiſſ.

An genus, an genius palmam tibi conferat? inſto;
Sed genere & genio ſat, Godofrede, cluis.

(N. Tſchirnæ 24. Octob. An. 1612. *θ.* Leſnæ Polon. 21. Januar. A. 1642. ætat. an. 30. Keſeler.)

GEORGIUS LADISLAUS, Balthaſ. II. Fil. a STOSCH, in Diſtrictu Gurenſ. Judex Provincialis.

Antiqui generis decor intemeratus ut eſſem,
Princeps eſt voti ſumma, caputque, mei.

(N. 20. Maji An. 1616. Keſeler.)

M. BARTHOLOMÆUS STOSCHIUS, Schol. Patr. Strelenſ. Rector.

Stoschius altiloquæ gazis præfectus Athenæ,
Strelensem locuples hac beat arte manum.

(N. Strelæ 24. August. An. 1566. θ. in Patr. apoplexia mens. April. an. 1625. æt. an. 59. Polius.)

PETRUS STREUBERUS, SS. Th. D. olim Ecclesiæ Soraviensis Pastor.

Dum medium quæro sacris in litibus: ecce!
A medio oppositum pergere cœpit iter.

(Cl. ed. Scr. plur. Draud. ab Evangelica doctrina, quam Soraviæ publice docuerat, Pragæ ad Pontificiorum Ecclesiam transiens. θ. 13. Sept. An. 1609. Polius in *MS.*)

MATTHÆUS STRUBITZ, Reipublicæ Wratislaviensi a Secretis.

Strubitii pia Bresla fidem satis ante probatam
Secretis legit præstituisse suis.

(ϑ. Wratisl. 7. Aprilis An. 1542. Successit ei Francisc. Faber. Polius.)

SIGISMUNDUS STUBE, Phil. & Med. D. Reipubl. Fraustadiens. Physicus.

Prodiit e camera Meditrinæ victor, ab orco
Pallidulas revocans spes, animasque hominum.

(N. Wratisl. 20. Decemb. An. 1595. Fraustadii 2. April. An. 1658. ætat. an. 63.

JOHANNES a STUDNITZ & Geroltschiz &c. Ill. Pr. VVürtembergico-Olsnens. Consiliarius.

Splendidus Eugenies decor est & claror Iänus
Principis; an pereat Studniciana Domus?

(N. 4. mens. Maji An. 1592. ϑ. in prædio suo Kritschen 24. Julii an. 1657. ætat. an. 65.)

VVEN-

WENCESLAUS a STUDNITZ in Kritſchen, Ill. Pr. Monſterbergico - Olsnenſ. Conſiliarius.

Nomine non ſolum, ſed & omine Nobilis audis,
Fax Genii & Generis, Wenceſilae, tui.

(N. in Geroltſchiz An. 1558. ♃. ibid. an. 1612. æt. an. 54. Hubrig.)

M. ADAMUS STURMIUS, Eccleſiæ Novoforenſis Paſtor & Senior.

Libera mens celſi tranſcendat ut atria coeli,
Prævius arguto Sturmius ore docet.

[N. Vrat. Patre Johanne, Reipubl. Vratisl. Secretario, menſ. April. An. 1561. ♃. Novofori 3. Martii an. 1620. æt. an. 59. Miniſt. 34. Pol. in MS.)

M. BERNHARDUS STURMIUS, Patſchkovio - Sil. Reip. Iglavienſ. Protonotarius.

Sturmio Hiantæum peperere Eteoſticha nomen;
Laude quod accumulat dia Themiſta ſua.

(♃. Peſte Iglaviæ An. 1583.)

JOHANNES STURMIUS, Leutmiſchelio - Bohemus, Reip. Vrat. Secretarius.

Quæ genuina boni ſunt adpropriata Notantis,
Integra mens, manus, os, cuncta fuere mihi.

(θ. Vrat. 3. April. An. 1571. ætat. an. 63. off. 23. Hoffman. & Polius.)

MARTINUS STURMIUS, Poeta Laureatus.

Et tibi cum Clario favet agmine dius Apollo;
Hinc placidis fingis carmina docta ſonis.

(N. Sagani Sil. 15. Maji An. 1564. Pol. C. E. S. Bilovius.)

GODOFREDUS SVEVUS, U. J. D. in Academ. Wittebergenſ. P. P.

Theologos, Conſos, Medicos, Vatesque, Sophosque,
Quot, quantosque tulit Leucoris alma, noto.

(N Leobergæ menſ. April. An. 1611. Clar. ed. Academia Wittebergenſ. ♃. Witteberg. 29. Martii an. 1659. ætat. an. 48. Epitaph.)

SIGISMUNDUS SVEVUS, Germ. Schwabe/ prius Eccleſiar. Laubanenſ. & Thorunenſis, deinde Vratisl. ad Spir. Sanct. Præpoſitus, & ad D. Bernhardi ibid. Paſtor.

Suevus is inter oves Victoris nomine gaudet,
Prædam dans, victo Dæmone, Chriſte, tibi.

(N. Freiſtadii, Patre Johanne, Conſule loci, (qui θ. 17. Junii An. 1557. æt. 63.) & *M*atre, Anna Schmidichia an. 1527. menſ. April. Clar. ed. Scr. plur. Draud. ♃. Vratisl. 15. Maji an. 1596. æt. an. 70. Miniſt. hic & alibi 43. Polius in *MS.*)

M. PANCRATIUS SUSSENBACH, Scholæ Gothanæ Rector.

A dulci rivo dictus Süſsbachius æque eſt;
Imbuit Aoniis credita corda vadis.

(N. Niſſæ. Flor. An. 1580. & vixit in officio Scholaſtico an. 20. Henelius.)

JOHANNES SYLVIUS, Eccleſiæ Zauchienſis in Ducat. Carnovienſ. Paſtor.

Me ſincera fides, me Veri cura fatetur
Chriſtjanum pariter Theiologumque bonum.

(N. Feria 4. Pentecoſt. An. 1523. C. E. S. Vixit adhuc an. 1598. æt. an. 75. Henelius.)

DANIEL a TARNAW & Kuhſchmaltz, Reip. Patr. Senator & Scholar. ibid. Præſes.

Juris inacceſſi quærens myſteria Tarnavv,
Luſtravit varias mente ſagace Scholas.

(N. Vrat. 22. Sept. An. 1603. θ. in Patria 23. Dec. an. 1656. ætat. an. 53. ſeptim. 14. d. 2.)

SALO-

SALOMON TEICHMAN, Phil. & Med. D. Reipubl. Leobergensis Physicus.

Adversum morbos pugnabam mente sagaci;
Spicula cum Coo docta Hygeia dabat.

(*N.* Gorlicii mense Julio An. 1551. *θ.* Leobergæ apoplecticus 10. Julii hor. 12. noctis an. 1596. æt. an. 45. Epitaph.)

FRANCISCUS TEIGIUS, Freistadio-Sil. JC. & Ill. Pr. Borussiæ Consiliarius.

Hoc virtus meruit Juri sua dona ministrans,
Consiliis Aula est Prussica nixa tuis.

(Flor. sub Alberto, Borussiæ Principe. Clar. ed. Scr. An. 1515. & seqq. Gesnerus.)

M. MARTINUS THABORNUS, Gymnasii Ducal. Goldbergensis Rector & P.

Mons Thabor, Thaborne, suo de nomine dixit;
Nempe artes mira luciditate doces.

(*N.* Glogoviæ 9. Novemb. An. 1524. ex Bucholc. Calagius. C. E. S. Draudius. *θ.* Goldbergæ 19. April. An. 1579. æt. an. 55. off. 33. Epitaph.)

M. DANIEL THALWENTZEL, Ill. Pr. Ligio-Bregens. Consil. & Secretarius.

A Sophia ad sacri transcendi culmina Juris;
Principis hæc Ligii credidit Aula mihi.

(*N.* Strelæ 15 Dec. An. 1568. Calagius. *θ.* Lignicii 17. Nov. an. 1609. æt. an. 40. m. 10. d. 22. Grunæus.)

ELIAS THALWENTZEL, U. J. D. Consiliarius Bipontinus, & Gymnasii Hornbacensis Rector.

Informasse Duces laus est, Clariamque Juventam;
Inque meas laudes Phœbus & Hæmus eunt.

N. Stre-

(N. Strelæ 25. Octob. An. 1571. θ. Hornbaci 3. Maji an. 1614. ætat. an. 43.)

M. ADAMUS THEBESIUS, P.L. Cæſ. Eccleſ. Lignicenſ. ad DD. Petr. & Pauli Paſtor, & Ducal. Conſiſtorii ibid. Adſeſſor.

Theulogici, Nomicique chori jucunda voluptas
Thebeſius, Famæ Fama perennis erit.

(N. Seiffersdorpii, Ducat. Lignic. pago, 6. Decemb. An. 1596. θ. Lignicii catarrho apoplectico 12. Decemb. intr. hor. 8. & 9. veſp. an. 1652. æt. an. 56. d. 6. Miniſter. hic & alibi 33. Epitaph. Orat. funebr.)

GEORGIUS, Adami Frat. THEBESIUS, Eccleſ. Petro-Paulin. Lignicenſ. Paſtor, & Conſiſtorii Ducal. ibid. Adſeſſor.

Et mea fraterno Pietas reſpondet amori;
Laudis & æquali flore vigeſcit honor.

(N. Seiffersdorpii 5. Febr. hor. 6. veſp. An. 1603. θ. Lignicii 26. Martii an. 1658. ætat. an. 55. ſeptim. 6. d. 6. Miniſt. hic & alibi an. 31. Orat. funebr.)

PETRUS, Adami & Georgii Pater, THEBESIUS, Eccleſiæ Lignicenſ. Petro-Paulinæ Paſtor, & Ducatus Superintendens.

Victuros gemina cum prole mereris honores,
Qua Rhetor bonus es, Theiologusque bonus.

(N. 7. menſ. Junii An. 1558. θ. Lignicii 3. April. an. 1628. æt. an. 74. Miniſt. 40.)

THEODORICUS I. e Decano Epiſcopus Vratislavienſis XXVIII.

Electus fueram; ſed Epiſcopus eſſe reapſe
Schiſmate Pontificum contra operante vetor.

(Electus 27. April. An. 1376. Reluctante Gregorio XI. P. P. detinebatur; Eo vero mortuo à Clemente VII. An. 1378. confirmabatur: Sed Schiſmate ſub Urbano VI. P. P. exorto, vacabat vita privata, & ipſa Eccleſia vacavit per Septennium. Polius in MS.)

M. HEN-

M. HENRICUS THEODORUS, aliis Theodoricus, prius Ecclesiæ Naumburgens. Præpositus, deinde Petro-Paul. Lignicens. Pastor & Superintendens.

Hilpershusa dedit vitam mihi, Leucoris artes;
Lignicium munus sacra docere DEI.

(*N.* Hilpershusæ Francor. mens. Novemb. An. 1512. θ. Lignicii 6. Decemb. An. 1571. ætat. an. 59. Minister. 17. ex Epitaph. Buch.)

M. TOBIAS THEODORUS, Sora-Siles. prius Gymnas. Ducal. Bregens. Rector, deinde Reipubl. Suidnicens. Notarius.

Cum Musis junxit Theodorus Græca Latinis;
Cui Schola cura fuit prima, secunda Forum.

(θ. Suidnicii 10. Maji S. N. An. 1593. Epitaph.)

JOHANNES THIEL, e Præposito Czarnovvasiense, Suffraganeus, & ad S. Vincent. Vrat. Ord. Præmonstratens. Abbas XXIX.

Hic dum Campanas Romano more sacrarat,
Deponit subito debile carnis onus.

(N. Vrat. Patre Lanione. θ. ibid. gangræna 24. Sept. An. 1545. ex Epitaph. Polius in *MS.*)

ADAMUS THILO, Ecclesiæ Freistadiensis Pastor & Senior.

Huc directa fuit mea Vita & Functio tota,
Mel ut in ore meo Christus, in aure melos.

(N. Lignicii mens. Martio An. 1542. θ. Freistadii cælebs 14. April. An. 1595. æt. an. 53. Grunæus.)

GEORGIUS THILO a Thilavv, JC. & Ill. Pr. Ligio-Bregens. Consiliarius.

Ligio-Bregensis, me Consiliante, Ducatus
Promovit summa Jusque bonumque fide.

(N. Lignicii 5. Oct. An. 1552. Gualter. θ. in Patria apoplecticus & ἄπαις, 6. Febr. an. 1602. æt. an. 49. m. 3. d. 14. off. 24. Pol. in MS. Mel. Adamus.)

VALENTINUS, Georgii Frat. THILO a Thilavv, in Tintz, Oys & Palvviz, JC. & Poeta.

Cura Poesis, amor Sophie mihi, Jura voluptas;
Hæc Famam; at Vitam Relligio una dedit.

(N. Lignicii Gregorio, & Margaretha Domkiana, Parentibus, 14. Febr. An. 1560. Calagius. Clar. ed. Scr. Draud. θ. in Patria 13. Julii An. 1612. æt. an. 52. mens. 5. Grunæus.)

FRIDERICUS THIEM, JC. & Poeta.

Delitiosa tuis est mansuetudo Camenis;
Æmula Nasoni plectra, chelynque, geris.

(N. Vrat. mens. Jan. An. 1571. θ. in Patria, sub fin. mens. Aprilis an. 1623. æt. an. 52.)

THOMAS I. Eques Polonus, Episcopus Vratislaviensis XXI.

Officii ratio peperit mihi multa pericla,
Dum Ducibus captus, dum Scytha vastat humum.

(Electus 15. August. An. 1232. θ. 30. Maji (3. Junii. Curæus.) An. 1267. Sedit an. 35. Polius.)

THOMAS II. Eques Polonus, Episcopus Vratislaviensis XXII.

Erepti reditus mihi sunt; sum pulsus ab Æde;
At vicit pietas & pia vita tamen.

(Electus 21. Aug. An. 1268. θ. Vrat. 11. Martii an. 1292. Sedit an. 25. Successit ei Johannes III. Polius. Curæus.)

BONAVENTURA THOMAS, Ecclesiæ Cathedral. Vrat. Cantor, Serenisſ. Reginæ Polon. a Sacris Concionib. & Confessionibus.

Cantando Canones, Reginæ arcana tenendo,
Præluxi Sociis ad ſacra Templa meis.

(*N.* Niſſæ. *θ.* Roma redux Ferrariæ 12. Decembr. An. 1568. Epitaph.)

MATTHÆUS THOMAS, Junior, Illuſtr. Pr. Ligio-Bregenſ. Conſiliarius.

Palladis hic etiam freno ſua facta gubernans,
A Juſti ac Æqui tramite nullus abit.

(*θ.* Bregæ in Patria II. Dominica Adventus An. 1642.)

DANIEL TILENUS, Theologus Sedanenſis.

Dum mihi ſalvifici ſunt credita munia verbi,
Unum hoc ut doceam, cura ea ſola mea eſt.

(N. Goldbergæ 14. Februar. An. 1563. Clar. ed. Script. an. 1610. Draud.)

GEORGIUS TILENUS, JC. & Poeta, Ill. Pr. Olsnenſis Conſiliarius.

Carmina ſi videas, propior me nemo Maroni eſt;
Si leges, Baldum dicere jure potes.

(*N.* Goldbergæ Georgio, Theologo, & Martha Lubeliana, Parentibus, 1. Febr. intr. hor. 10. & 11. merid. An. 1557. Calagius. Clar. ed. Scr. Draud. *θ.* Vrat. colicis paſſionib. 4. Martii d. 27. a nuptiis an. 1590. æt. an. 33. d. 22. Mel. Adamus & Nicol. Polius in *MS.*)

JOHANNES TILERUS, Reipubl. Patriæ Francoſteinienſis Conſul.

Servivi Musis, Patriæque Deoque Domûique;
Quod spero, dabitur Cæli corona mihi.

(*N.* Francosteinii Patre Martino, Senatore, Matre Margaretha Wolffia, 24. Januar. An. 1550. Calagius. *θ.* in Patr. hydrope 13. Junii An. 1596. æt. an. 46. m. 5. d. 1. Epitaph.)

BALTHASAR TILESIUS, prius Ecclesiæ Patriæ, deinde Strelens. Pastor & Senior.

Cura mihi fuit una, docere & vivere recte;
Hinc vita & fama Theulogus esse feror.

(*N.* Hirschbergæ Melchiore, Consule, & Anna Winckleria Consulis Filia, Parentibus, 3. Dec. An. 1531. Calagius. *θ.* Strelæ 27. Aug. an. 1592. æt. an. 61. Minist. Hirschberg. 25. Strelens. 16. an. Sam. Horn in Conc. funebr.)

M. CHRISTIANUS TILESIUS, Lib. Baronat. & Civitat. Milicens. Past. & Superintendens.

In Cathedra Patris, Jova Auspice, sacra propago
Dogmata; sunt ratio Biblia sacra mea.

(*N.* Olaviæ Patre M. Nathanaele, Theol. 4. August. An. 1590. *ϑ.* Milicii peste 2. Septemb. an. 1630. ætat. an. 40. Ministerii 14.)

ELEAZAR, M. Melch. Frat. TILESIUS, JC. & Poeta, Ill. Pr. Teschiniens. Secretarius.

Ante Duces docui, Themidos dein additus aris,
Miscui Hiantæis jurgia rauca meis.

(*N.* Hirschbergæ 27. August. An. 1560. Clar. ed. Genealogia PPrr. Teschin. *θ.* Bregæ 6. Aug. an. 1612. æt. 52.)

GODOFREDUS TILESIUS, Ecclesiæ Petro-Paulinæ Lignicens. Archi-Diaconus.

Pacis amans, Christum devoto corde professus;
Funera post, animæ perpete pace fruor.

(N. mens.

(N. menf. Octob. An. 1580. θ. Lignicii 4. Novemb. An. 1638. æt. an. 58. Epitaph.

M. HIERONYMUS, Benjamini, U. J. D. & Synd. Mülhusiani Pater, TILESIUS, Ecclefiæ Mülhufianæ Paftor, & Vicinarum Infpector.

Natus in Elyfiis, docui pia facra Thuringos;
Mirificat fanctos fic Deus ipfe fuos.

(N. Hirfchbergæ m. Januar. An. 1531. θ. Mülhufii Thuring. 17. Septemb. an. 1566. ætat. an. 36. m. 9. d. 28. Henelius & Polius in *MS.*)

M. JONATHAN, M. Chriftiani Frat. TILESIUS, Eccleſ. Hernftadienf. Paftor & Senior.

Quæ didici, doceo, Pindi præfixus alumnis;
Tunc doces verbum, Chrifte benigne, tuum.

(N. Olaviæ menf Septemb. An. 1590. θ. Hernftadii 7. Martii hor. 8. vefp. An. 1647. æt. an. 56. feptim. 29. d. 1.)

M. MELCHIOR TILESIUS, Gymnafii Ducalis Bregenf. Rector & Profeffor.

Præfide me primo defendit Lipfia Ramum;
Laus ea; fed major quam mihi Brega dedit.

(N. in pago Hartmansdorff/prope Hirfchbergam, Balthafare, Ecclef. Strelenf. Paftore, & Barbara Schilderia, Parentibus, 22 April. An. 1554. Calagius. θ. Bregæ apoplexia, 5. April. hor. 3. pom. An. 1603. ætat. an. 49. mun. Schol. & Rector. 19. Polius.)

M. NATHANAEL, M. Melch. Frat. TILESIUS, a Tilenavv, P. L. Civis Romanus, & Ecclefiarr. Lib. Baronat. Milicenf. Superintendens.

Biblia cura prior mihi, Mufa fecunda, Minerva
Tertia; Quid tribus his dulcius effe poteft?

 (N. Hirfch-

(*N.* Hirschbergæ 5. *M*aji An. 1565. Autor ipse præf. Past. P. I. d. 5. Maji sibi Natalem esse confirmat. Clar. ed. Scr. Draudius. θ. Milicii 1. Maji An. 1616. ætat. an. 51. d. 4. Minist. 22. Polius in *MS.*)

M. FABIANUS TIMÆUS, Veteris Stetini Concionator Aulicus.

Crosna prius vidit me, dein Gubena, docentem;
Denique Sedinum corporis ossa tegit.

(*N.* Goldbergæ. θ. Stetini 31. Januar. An. 1581. Minist. hic & alibi an. 42. Pol. in *MS.*)

JOHANNES TIMÆUS, P. L. Ecclesiæ Fraustadiensis Pastor & Senior.

Sacras ex Hæmo celesti colligo micas;
Hinc Mysta & Vates non moriturus ovo.

(*N.* in pago Siles. Sudetum Kauffung. 26. *M*artii An. 1567. Cl. ed. Scr. θ. Fraustadii 18. Decemb. an. 1614. æt. an. 47.)

CHRISTOPHORUS TIMONIS, SS. Th. D. Acad. Lips. P. P. & Canonicus.

Horrida Timonis pereat consuetio; Nostrum
A Jove collatum, laudat Elyster epos.

(*N.* Freistad. Flor. sub Imp. Maximiliano An. 1498. profess. an. 25. Clar. ed. Scriptis. Trithem.)

TIMOTHEUS I. Roma-Italus, Episcopus VVratislaviensis VI.

Jura humana prius didici; dein sacra peregi
Jura, Budorgiacis Præsul honorus agris.

(Electus 9. *M*artii. Infulatus a Stephano, Archi-Episcopo Gnesnens. 12. Martii. θ. Colica an. 1051. Sepult. Picinii. Curæus & Polius.)

NICO-

NICOLAUS TINTZMANNUS, Phil. & Med. D. Eq. Aurat. Ecclesiæ Cathedral. Wrat Scholasticus & Canonicus.

Me Canones Hygieque sagax fecere celebrem;
Ædibus exstructis nomina longa geram.

(*N.* Nissæ mens. Julio An. 1544. *θ.* VVrat. 17. August. an. 1616. æt. an. 72. ex Epitaph. Polius.)

NICOLAUS TINTZMANNUS, Reip. VVratisl. Senator & Camerarius.

Præfuit officio recte, dum vixit, & omni
Profuit; hinc Famæ laude per astra volat.

(*θ.* VVrat. mens. Decemb. An. 1484. off. an 20. Polius in *MS.*)

CASPAR TITIUS, Phil. & Utriusque Med. D. Practicus apud VVratislavienses.

Inter Breslæos mihi erat quoque Fama medentes,
Inter & electos est mihi vita polo.

(Clar. Wrat. An. 1623. Vixitque ibidem an. 1637. ibidemque *θ.*)

CASPAR TITIUS, prius Ecclesiæ Patriæ; deinde VVolaviens. Pastor & Senior.

In patria acceptus raro solet esse Propheta;
Expertum recipit me pia VVola virum.

(N. Javoriæ 28. *M*aji An. 1593. ϑ. Wolaviæ 12. Febr. an. 1650. æt. an. 56. mens. 8.)

DAVID TITIUS, Reipubl. Patriæ VVratislav. Scabinographus.

Crediderat Themidos mihi vix patria alma recessus,
Ut Rhadamanteum cogor adire forum.

(*N.* Wratisl. mens. Octob. An. 1579. ϑ. in Patr. 3. Octob. A. 1609. ætat. an. 30. off. an. 1. m. 3. d. 6. Pol. in *MS.*)

M. JOHANNES TITIUS, Ecclesiæ Patriæ Lignic. ad B. Virgin. Pastor.

Janus

Janus ego Jani fidus ſuccentor Amoris,
In ſolo Chriſti ſalvus amore tegor.

(*N.* Lignicii menſ. Septemb. An. 1517. ϑ. in Patr. 11. Sept. an. 1554. æt. an. 37. ex Epitaph. Polius.)

PETRUS TITIUS, Phil. & Med. D. Reipubl. Lignicenſ. Poliater.

Sedulus antiſto Phœbo dum miles utrique,
Fulmen ab axe ruens me ferit, & pereo.

(N. Stregæ menſ. Martio An. 1591. ϑ. Lignicii, fulmine tactus 13. Auguſt. an. 1627. æt. an. 36. m. 6. d. 4. Epitaph.)

CASPAR TITSCHARDUS, Eccleſiæ. Mar. Magdalen. VVrat. Archi-Diaconus & Senior.

In medio officii curſu me dextra Jehovæ
Evocat, & ſedes donat adire pias.

(*N.* Reichenbachii 5. Decemb. hor. 1. mat. An. 1600. In ipſo ſuggeſtu apoplexia tactus. θ. VVratisl. d. Viridium 22. April. hor. 2. pom. An. 1666. æt. 66. curr.)

GEORGIUS, Caſp. Frat. TITSCHARDUS, Phil. & Med. D. Reip. Patriæ Phyſicus.

Phœbi utriusque fui miles digniſſimus ante;
Peſtifer exanimem me dat Apollo neci.

(N. Reichenbachii 2. Febr. An. 1582. θ. Suidnicii peſte 28. Sept. an. 1633. æt. an. 51. curr.)

M. PETRUS TITUS, Senior, Eccleſiæ Bethanienſ. Paſtor, & Gymnaſ. ibid. Illuſtr. P.

Bethanienſe cibis qui paſcit ovile beatis,
Emerito benedic, optime Chriſte, ſeni!

(N. Freiſtadii 21. Febr. hor. 2. pom. An. 1542. Buchole. ϑ. Bethaniæ 8. Januar. an. 1613. ætat. an. 71. Henelius & Polius.)

M. PE-

M. PETRUS TITUS, Junior, Ecclesiæ Patr. Bethan. Pastor, & Gymnasii ibid. Professor.

Nomine par Patri, par linguis, arteque dia;
Munere quei dispar & decore ergo siem?

(N. Bethaniæ 30. Octob. An. 1582. ϑ. in Patr. 3. Januar. an. 1618. æt. an. 36. Polius in *MS.*)

MARTINVS TOMMENDORFF de Buntzelvviz, Patritius Suidnicensis & Reipubl. Patriæ Consul.

Nobilitatis epos studio Sophiæque, Dicesque,
Officere hic velut is dicat; utrumque nego.

(ϑ. in Patria Feria 2. Quadrages. An. 1591. æt. an 80. off. 47. Epitaph.)

JOHANNES TOSTIUS, P. L. Philosophus & Philologus.

Te celebrem dicent Vitebergica numina vatem;
Carminibus vivunt nempe animata tuis.

(N. VVratislaviæ, Patre Johanne, ad D. Mar. Magdalen. Diacono (ibid. mortuo, 15. Jun. An. 1583. æt. an. 56. Minist. 23.) Flor. VVitebergæ An. 1553. & Clar. ed. Scr.)

HIERONYMVS TREUTLERVS a Kroschvviz, JC. Consiliarius Cæsareus & Fisci Regii per utramque Lusat. Patronus.

Disputo jus, Logicam meditor, metra culta figuro;
Et Fiscum tueor, Dive Rudolphe, tuum.

(*N.* Suidnicii 14. Febr. An. 1565. Buch. Clar. ed. Scr. plur. Draud. θ. Budissinæ Lusat. 14. Febr. An. 1607. æt. 42. Henel.)

VALENTINUS FRIDLANDUS TROCEDORFFIUS, Gymnas. Ducal. Goldberg. Rector.

Ad Catti, Musas pavit Trocedorffius, undas,
Nectare, Christe, tuo; rore, Minerva, tuo.

(*N.* in pago Trotzendorff prope Gorlicium, Patre Bernhardo Fridlando ruricola, 14. Febr. An. 1490. Gualter. Cl. ed. Scr. Draud. *θ.* Lignicii, quorsum cum agmine scholastieo consumtis incendio aedificiis scholasticis Goldberg. concesserat, apoplexia, 26. April. an. 1556. aetat. an. 67. off. 30. ex Epitaph. Grunaeus, Balth. Rau in Orat. T. V. Declam. Phil. Mel. p. 886. ed. Witt.)

NICOLAUS TROILO, de & in Lessoth, Sacr. Pal. Com. Eccl. Cathedr. VVrat. Decanus.

Troilo praelustris sacris operatus & haemo,
Jure tot heroo nomine corda gerit.

(*N.* VVrat. 25. Januar. An. 1582. *θ.* in Patr. 3. Decemb. an. 1640. aetat. an. 58. Epitaph.)

ERHARDUS FERDINANDUS TRUCHSES, S.R.I. Comes a Wetzhausen, S. C. Mtis Camerarius & Consiliarius, ut & Ducatus VVratisl. Capitaneus.

Ventriculi licet in fundo ne gutta supersit;
Attamen in cerebro Pallas honora sedet.

(*N.* Regiomonti Boruss. 30. April. An. 1617. *θ.* Lossingae Boruss. ventriculo ad cutem usque exsiccato 28. Martii hor. 12. vesp. An. 1664. aetat. an. 47.)

JOHANNES ERNESTUS a TSCHAMMER, & Majori Osten, in Streliz, Ill. Pr. Monsterbergico-Olsnens. Consiliarius & Capitaneus.

Jusque piumque mei flammarunt pectoris arcem;
Hinc feror Olsnensis gloria prima fori.

(*N.* Mens. Februario An. 1590. *θ.* VVrat, 19. Martii An. 1646. aet. an. 56.)

HEN-

HENRICUS de TSCHERNHAUS & Inferiori Baumgarten, in Reussen & Crossendorff, Eques Sil. Utraque Pallade Nobiliss.

A Musis Martem, Musas a Marte secutus;
Augeo, cui natus, Nobilitatis epos.

(Flor. An. 1618. & Clar. edito Epigrammate, An. 1623.)

M. ANDREAS TSCHERNINGUS, Poetices in Acad. Rostochiensi P. P.

Sit bene Tscherningo! quo vix animosior alter
Musica Philologo prælia gessit agro.

(N. Boleslaviæ 18. Novemb. 1611. C. E. S. θ. Rostochii scorbuto 27. Sept. an. 1659. æt. 48. curr. prof. 15.)

VALERIUS TSCHEUNERUS, Ecclesiæ Sprottaviens. Pastor.

Sacra DEI & Phœbi noctuque diuque peragrans,
Hoc animum, illo animam pasco, animoque meam.

(N. 18. mens. April. An. 1556.)

M. CHRISTOPHORUS TSCHEUTSCHNERUS, Eccl. Leobschüziens. Pastor.

Qui bonus & doctus perhiberis simplice vero,
Pasceris aspectu nunc, & amore DEI.

(θ. Leobschücii 8. August. An. 1612. æt. an. 70. Minist. 40. Polius in *MS.*)

M. JEREMIAS TSCHONDERUS, prius ad S. Barbar. VVrat. Ecclesiastes, deinde Gymn. Mar. Magdal. Patrii Rector.

Attys, Aristoteles, Clejo me nomine jactant;
Majori at mactat nomine Theulogia.

(*N.* VVrat. Melchiore, & Maria Tschirneria, Parentibus, 21. Febr.

An.1579. Calagius. Clar. ed. Scr. Græco-Latinis. Fit Rector 29. Julii An. 1621. θ. in Patr. 26. Octob. an. 1647. æt. an. 69.)

GODOFREDUS UBELACKER de Fremſtet & Dumbrovva, JC., Monaſterii Ducal. ad S. Vincent. VVrat. Cancellarius.

Nominis Antiphraſin valida ratione ſubegit;
Floridanam Themidi dat ſata cultus ager.

(θ. VVratisl. 9. Decembr. An. 1606. ætat. an. 58.)

TOBIAS UBELACKER de Fremſtet &c. JC. Monaſterii Ducalis ad S. Vincentii VVratislav. Cancellarius.

Juſtitiæ legumque patent mihi vincla ſacrarum;
Quid cauſſæ noceat lisve, dolusve, meæ.

(N. Franckenhuſii ad Silvam Hercyniam 29. Julii An. 1572. Calagius. θ. VVrat. 15. Martii an. 1639. æt. 67.)

CASPAR ULRICUS, Reipubl. Patriæ Stregenſis Conſul.

Veſtra Sigillifera claret Respublica terra;
Ulrice, a genio claror eique tuo eſt.

(N. Stregæ die Lunæ ante feſtum Galli. An. 1556. Cl. E. S. Draud. Vixit edito Epigram. 18. Martii an. 1610. æt. an. 54.)

MATTHIAS UNGARUS, in Dobersdorff, Philoſoph. & Medicin. D.

Hungara peſtiferam tellus dum ceperat Aten;
Qua pote ſit methodo tolli, ego inante dedi.

(N. Oppaviæ 13. Mart. hor. 5. pom. A. 1550. Clar. ed. Scr. θ. menſ. Majo An. 1614. æt. an. 64. Henelius.)

URBANUS. I. Roma-Italus, Epiſcopus VVratislavienſis II.

Præſule me crevere ſcholæ, ſermoque latinus;
Hoc ſtudium debes, Sleſia culta, meis.

(θ. An. 1005. Sedit an. 21. Curæus & Pol. in *MS.*)

JO-

JOHANNES URBANUS, U J.D. Illuſtr. Pr. Monſterbergico-Olsnenſ. Conſiliarius.

Hic Ducis Olsnenſis bene Conſiliarius audit;
Audivit Juris quæque reperta prius.

(N. in pago Kuniz Ducat. Lignicenſ. 8. Oct. An. 1570. ♃. Olsnæ 14. Julii an. 1622. æt. an. 52. Tilen. in Epigr.)

ALBERTUS URSINUS, in Herden, U. J. D. Reipubl. Vratislav. Syndicus.

Juſtitiæ Antiſtes Breslæa Urſinus in urbe,
Promovit ſumma jusque bonumque fide.

(♃. Wrat. 8. Octob. An. 1589. Succesſit ei Chriſtoph. Rademan, U. J. D. & in Acad. Francof. olim P. P. Polius in *MS.*)

BENJAMIN URSINUS, prius in Illuſtri Gymn. Schönaichiano Bethanienſ. deinde in Acad. Francof. Mathematum P. P.

Urſa minor, majorque tibi ſuper æthere curæ eſt;
Urſini dici nomine jure potes.

(*N.* Sprottaviæ 15. Julii An. 1587. C. E. S. plur. ♃. Francofurt. an. 1634. æt. an. 47. Henelius.)

CASPAR URSINUS VELIUS, Suidnicio-Sil. U. J. D. D. Ferdinandi, Imp. Rom. Hiſtoricus, illiusque Filii Ephorus, Regius Orator & Poeta.

Urſino gaudet felix Germania Vate;
Arte pares habeat; vix prior ullus erit.

(Flor. An. 1522. Geſnerus. Clar. ed. Scr. Draud. ♃. in Danubio ſubmerſus, an ſponte, an illata vi, dubium 5. Maji An. 1539. Gualter. Henel. & Pol. in *MS.*)

FRANCISCUS URSINUS, Sileſius, Eccleſiæ Cathedral. Vrat. Præpoſitus & Suffraganeus.

Quis fuerim notum eſt, poteram quoque Epiſcopus eſſe;
Archi-Duci at decus hoc cedere, nonne decus?

(*N.* 24. Maji An. 1569. ♁. Vrat. 16. Nov. an. 1615. ætat. an. 49. Epitaph.)

JOHANNES URSINUS, Ecclesiæ Lubenensis Archi-Diaconus.

Esto! calumnifero contra intonet ore malignus;
Linguarum varium novi Idioma probe.

(*N.* Suidnicii mens. Januar. An. 1557. Linguar. Orientalium, aliarumque peritiss. θ. Lubenæ 16. Februar. an. 1606. ætat. an. 49.)

ZACHARIAS URSINUS, SS. Th.D. & in Acad. Heidelbergens. P.P.

Errorum nebulas discussi Lampade veri,
Seu Sophos excuterem, seu sacra verba Dei.

(*N.* Vrat. Patre Casparo, Diacono Vrat. 18. Julii hor. 8. vesp. (29. Junii Buch. Gualter. Polius.) An. 1534. Mel. Adamus. Clar. ed. Scr. Draudius. ♁. Neostadii Nemetum 6. Martii hor. 6. vesp. an. 1583. æt. an. 49. current. Tonjola in Epitaph.)

HIERONYMUS UTHMAN, in Rhaten & Hermansdorff, Reip. Vrat. Senator.

Integritatis amor, Pietatis amabile sidus;
Cernere sed Gnati Funus, amaror erat.

(θ. Vrat. 16. August. cum biduum ante Filius ejus Henricus e vivis excesserat, amboque sub uno lapide tumulati, an. 1580. off. Senat. 10. Polius in *MS.*)

NICOLAUS UTHMAN, Reipublicæ Vratislaviensis Senator.

Me Patriæ Themis, at Natum Polytecnia Patrem
Fecit, & effecit non sine laude, senem.

(♁. Vrat. 10. Maji An. 1550. æt. an. 59. off. Senat. 36. Pater liberorum 28. e quibus major natu, tempore obitus Patris, agebat an. æt. 50. Pol. in *MS.*)

ABRA-

ABRAHAMUS VECHNERUS, Phil. & Med. D. in Illustri Bethaneo P. P.

Artem dum doceo morbos, mortemque fugandi,
Ire viam carnis me fera Morta docet.
(θ. Bethaniæ 14. Martii An. 1621.)

M. DANIEL VECHNERUS, P. L. prius Gymn. Patrii Con-Rector, deinde Reip. ibid. Senator Primarius.

Harmoniam Grajæque docens, Latiæque Minervæ,
Vechnerus Musis addit agalma suis.
(N. Goldbergæ 7. Januar. An. 1572. Clar. ed. Script. Draud. ϑ. in Thermis Hirschberg. 23. Junii an. 1632. ætat. an. 60. m. 5. d. 6. off. Schol. 24. Senator. 8. Henelius.]

M. DAVID VECHNERUS, Ecclesiæ Gorlicens. Pastor, & Schol. ibid. Rector.

Theulogiæ Sophiam junxi moderamine dextro;
Mixtura hac numquid suavius esse putes?
(N. Freistadii 14. Martii An. 1594. θ. Gorlicii 15. Februar. an. 1669. æt. 75.)

M. GEORGIUS VECHNERUS, Scholæ Saganensis Rector.

Pieriis Vechnerus aquis potavit alumnos;
Fama solo merces huic data, vita Polo.
(N. In pago Heintzendorff agri Freistadiensis An. 1537. θ. Freistadii an. 1600. æt. an. 63. Dan. Vechnerus.)

GEORGIUS VECHNERUS, SS. Th. D. Ecclesiar. in Ducat. Bregens. Superintendens, & Concionator Aulicus.

Ascendit Christus vere, Celoque locatus
Sede beatorum; mens ea firma mihi est.
(N. Freistadii 29. Junii An. 1590. Clar. ed. Scr. plur. θ. Bregæ 24. Dec. an. 1647. æt. an. 57. current. Regenvolscius.)

GEORGIUS VECHNERUS, Reipubl. Goldbergens. Consul emeritus.

Oeconomum Juris me relligione, fideque,
Civicus ordo probat; quid mage velle queam?

(θ. Goldbergæ 30. Octobr. An. 1579. ætat. an. 80. off. 42. Epitaph.)

MATTHÆUS VECHNERUS, Ph. & Med. D. Reip. Patriæ Physicus, & Sigismundi III. Regis Poloniæ Archiater.

Archiatro nixus Phœbejo morbida tollo;
Absque Deo si sunt Pharmaca, nulla juvant.

(*N.* Fraustadii 1. April. An. 1587. θ. in Patria apoplexia 22. Nov. hor. 11. noctis an. 1630. æt. an. 43.)

CAROLUS JEREMIAS VENEDIGER a Punckavv, JC. & Fisci Cæsarei Regiique per utramque Silesiam Patronus.

Fiscum Cæsareæ procuro fideliter Aulæ,
Eunomiæ trutinans omnia lege meæ.

(N. Vrat. 29. Sept. An. 1572. θ. Glogoviæ 8. Maji an. 1621. ætat. an. 49. Polius in *MS.*)

DANIEL a VENEDIGER & Punckavv, in Grodiz, Consiliarius Cæsareus, Sacr. Pal. Comes, Camer. Cæs. per Super. Sil. Fiscalis, & Sereniss. Episcopo Vrat. a Consiliis.

In rigidæ lites dirimendas vivo Themistæ;
Musica mî dirimunt hæc mala sæpe mele.

(N. Vrat. 30. Dec. An. 1580. θ. in Patr. 25. Julii an. 1646. ætat. 66. curr.)

JEREMIAS, Daniel. Fiscalis Pat. VENEDIGER, in Punckavv, prius Gymn. Mar. Magdalen. Prof. deinde Reip. Patriæ Scabinographus.

Me

Me Schola discentem tenuit, tenuitque docentem;
Hinc petiit curas Curia sancta meas.

(N. Vratisl. mense Januario An. 1517. θ. in pago suo Punckavv 11. Januar. an. 1586. ætat. an. 69. Wratislaviæ Sepultus Polius in *MS.*)

M. JOHANNES VIBINGIUS, prius Ecclesiar. diversar. Pastor, deinde Illustrissimæ Scholæ Olsnensis Rector.

Jena mihi titulum, methodum Viteberga docendi,
Olsna Scholæ Sceptrum, Sarcophagumque dedit.

(N. Habelschvverdæ 24. Nov. An. 1589. θ. Olsnæ 5. Januar. an. 1650. æt. an. 61. Ministerii hic & ibi 24. an. Rector an. 11. Epitaph.)

JOHANNES VINCELBERGIUS, Phil. & Med. D. P. L. Gymn. Goldberg. olim Rector.

Per varios vitæ casus feliciter ivi,
Phœbus & Aureolus fida lucerna fuit.

(Clar. An. 1600.)

MARTINUS VINCENTIUS, Med. D. & Practicus in Patria.

Quid juvat immensas Hygiæ volitasse per Artes?
Dum pro me Scenæ, mors mihi busta parat.

(*N.* Vrat. mens. Dec. An. 1570. θ. in Patria 28. Dec. An. 1601. æt. 31. Pol.)

M. PETRUS VINCENTIUS, prius Acad. Witteberg. & Gryphisvvald. P. P. deinde Gymn. Gorlicens. denique Elisabetani Patrii Rector, & reliquar. Inspector.

Rectorem perhibent me Leucoris atque Lubeca,
Gorliciumque suo, Breslaque clara, bono.

 (N. Vrat.

(*N.* Vrat. menſe Majo An. 1519. ✝. in Patria 1. Oct. An. 1581. ætat. an. 62. m. 7. off. 36. Studioſæ Juventuti Stipendium, & Hiſtoriarum Profeſſori Salarium Teſtamento legavit ipſe bonus Hiſtoricus, Orator & Poeta. Polius in *MS.*)

FRANCISCUS VIRLINGUS, Reipublicæ Niſſenſis Conſul.

Conſiliatores, humanaque diaque Jura
Rite ſequens, geſſi Conſulis officium.

(✝. Niſſæ 5. Nov. An. 1565. æt. an. 60.)

FRANCISCUS VIRLINGUS, Eccleſiæ Mar. Magdalen. Vratisl. Archi-Diaconus & Senior.

Virlingus didicit quæ Præceptore Philippo,
Breslæa ſonuit fidus in æde docens.

(*N.* Niſſæ, Franciſco, Conſule loci, & Anna Winckleria, Parentibus, 2. Maji An. 1538. ex Buch. Calagius. ✝. Vrat. apoplexia 21. Junii An. 1611. ætat. an. 74. off. Schol. 2. Miniſt. 47. Pol. in MS.)

MATTHIAS VIRLINGUS, U. J. Cand. Notarius Publicus Cæſareus.

Hanc Patrique meo placet, & mihi, ponere laudem;
Legatum Argolicis laudibus eſſe volo.

(*N.* Vrat. menſe Januar. An. 1585. Patre Franciſco, Archi-Diacon. & Sen. Eccl. M. M. Legavit Teſtamento 500. tal. Sileſ. Gymnaſio Mar. Magdalen. ut Profeſſor Græc. Lingu. annuo utatur Interuſurio, 30. tal. pro exercenda in dicta Lingua Juventute. ✝. in Patria 28. Febr. an. 1614. ætat. an. 29. Polius in MS.)

VITUS I. natione Germanus, Epiſcopus Vratislavienſis XXV.

Sauromatum ſuperans ſeptenni lite, creatus
Præſul, bis quarto poſt cado morte die.

(Litem

(Litem habuit cum Lutoldo, Polono; Electus & confirmatus à Johanne XXII. P. P. θ. An. 1326. Curæus. Polius.)

VLADISLAUS, Henrici Pii, Fil. Dux in Sil. Vratislaviensis, Archi-Episcopus Salisburgensis, Ducat. Vrat. Vice-Præfectus.

Sorte Ducum satus es, sed Munificentia Divum
Te non mortali collocat alma choro.

(Electus Archi-Episcopus An. 1265. El. Reusner. ϑ. Vrat. ex haustu veneni 24. April. an. 1270. Sedit an. 5. Henelius. Sepultus Salisburgi. Polius in MS.)

MELCHIOR VOLCKMAN, Ecclesiæ Lignicens. Petro-Paulinæ Archi-Diaconus, & Consistorii Ducalis ibid. Adsessor.

Vir populi dicor, quem celite pane cibavi,
Cuique sitim pepuli, Christe, cruore tuo.

(N. mens. Oct. An. 1556. θ. Lignicii 7. Nov. An. 1626. æt. 70. Minist. 32.)

PANCRATIUS VULTURINUS, Hirschberga-Siles. Eremita Augustinianus, SS. Theol. Licentiatus & Poeta.

Si, bona quam mens est, essent tua carmina; vatum
Elysiæ Gentis Gloria prima fores.

(Clar. edita Patavii Panegyri Siles. An. 1506. Henelius & Polius in MS.)

M. CHRISTOPHORUS WAGNERUS, prius Scholæ Javoriens. Rector, dein Ducalis Lignicensis Pro-Rector.

Te, Wagnere, sacris Pindi sociavit alumnis
Phœbus, ubi fidi dona laboris habes.

(N. Sulæ Francor. menſ. April. An. 1595. θ. Lignicii 13. April. An. 1632. æt. 37. Epitaph.)

M. JOHANNES WAGNERUS, Præpoſitus Olsnenſis, Ducalis Conſiſtorii Adſeſſor, & Presbyterii Senior.

Bresla mihi cunas, Spartam dedit Olsna Ducalem;
Nomine vivo ſolo perpete, mente Polo.

(N. Vrat. 2. Julii An. 1629. θ. Olsnæ.)

WOLFGANGUS DIETERICUS a WALDAW in Hundsfeld & Schvvanovviz, Ill. Pr. Würtembergico-Olsnenſis Conſil. & Judex Provincialis.

Dives amore Dei, Themidosque Dicesque faviſſa,
Curriculo Vitæ perſtitit (euge!) bono.

(θ. Schvvanovvicii Ducat. Bregenſ. 11. Jan. An. 1657. ætat. an. 63. Cælebs.)

WALTHERUS, Eques Polonus, e Scholaſtico & Canonico tum Vrat. tum Cracovienſ. Epiſcopus Vratislavienſis XV.

Quod clara oſtentat Templum Cathedrale Budorgis,
Sumtibus exſtructum, Fama ait, eſſe meis.

(Electus An. 1148. Conſecratus ab Archi-Epiſcopo Gneſnenſe. θ. colica 27. Jan. An. 1176. Sedit an. 28. (22. Curæus.) Polius in MS.)

GEORGIUS, Georgii Fil. WALTHERUS, Illuſtriſſ. Pr. Olsnenſi a Secretis.

Qui Ducis Olsnenſis ſecreta negotia tracto,
Retrahor, atque necis cogor inire viam.

(N. Olsnæ 30. Novemb. An. 1597. θ. ibid. 2. Martii An. 1630. ætat. an. 33.)

HENRICUS WALTHERUS, P. L. Catecheta Reichenbergicus in Eccl. Slavensi.

Waltherum vates inter, Machæe, reponis;
Jova sed hunc vatem fecit in Æde suum.

(N. Sagani mense Julio An. 1573. Clar. ed. Juda Maccabæo An. 1604. Draud. Vixit m. Jan. 1611. æt. 38.)

JOHANNES WALTHERUS, Phil. & Med. D. Reip. Patr. Lignicens. Physicus.

Mens bona VValthero fuit & lingua æmula mentis;
Morborum his felix vicit Athleta Chaos.

(N. Lignicii 28 Octob. An. 1574. ♎. in Patria 13. Novemb. An. 1636 ætat. an. 62. septem. 2. d. 2. Epitaph.)

M. LUCAS WALTHERUS, VVratislavia-Sil. Eccles. Patr. Elisabetanæ Diaconus.

Quid vero tribuam sine te mihi, summe Jehova?
Fidus ut alma habitem servus in æde, dato!

(Vocatus e Pastoratu Jeschkitteliano 14. August. An. 1610. θ. in Patria 25. Januar. An. 1634. Pol. in *MS.*)

JACOBUS WANN, Phil. & Med. D. & Reipubl. Suidnicens. Physicus.

Me quoque cognitio Medicæ spectabilis artis
Clarat, at invidit Parca tyranna decus.

(♎. Suidnicii 20. Octob. An. 1585. ætat. an. 33. Epitaph.)

CASPAR a WARNSDORFF, Eques Siles. in Giessmansdorff, Litterarum & Litteratorum Mecænas.

Doctrinæ cultor, doctorum adsertor & altor,
Mecœnas dici si meret, hic meruit.

(θ. 28. Junii An. 1534. Helbach.)

ANANIAS WEBER, SS. Th. D. Ecclesiæ Elisabetanæ VVratisl. Pastor, & reliquarr. Superintendens.

Lipsia me tenuit, genuit Lindheina, Budorgis
Post varios casus legit, & ossa tegit.

(*N.* Lindheinæ Saxon. haut procul a Dubena, Johanne, Pastore Lindheiniens. & Gertrude Köhleria, Parentibus, 14. August. An. 1596. Clar. ed. Scr. in Acad. Lipsiens. ubi P. P. egit. *θ.* VVratisl. 26. Januar. hor. 4. vespert. An. 1665. æt. an. 68. m. 6. Conc. fun.)

DANIEL WEBERSKY, JC. & in Patria Practicus.

Mi Themis & Nemesis, justi duo numina, cordi;
Corrumpi caussam non sine jure bonam.

(*N.* VVratisl. 9. Decemb. An. 1576. *θ.* in Patria 6. Sept. An. 1627. æt. 51.)

JOHANNES WECKERLE, Ord. Canonicorr. Regular. Lateranens. ad B. Virgin. Wratisl. in arena, Abbas L.

Est mundi suspecta fides; confidite Christo;
Christus vera docet, fallere mundus habet.

(*N.* Zobtæ 24. Martii An. 1603. *ϑ.* VVratisl. 16. Sept. an. 1657. æt. an. 54.)

PAULUS WECKERUS, Patriæ Medicus, & Pharmacopolii Tenutarius.

Morborum caussas reserans do pharmaca docta;
Quei non sint gravibus congruitura malis.

N. Novofori 17. Januar. An. 1579. Calagius. Clar. an. 1612. *ϑ.* in Patria.

JOHANNES WEGER, Reipublicæ VVratislaviensis Senator.

Haut

Haut temere est visum quicquid Wegerus agebat;
Publica cum privis jungere, cura fuit.

(♃. VVrat. 22. Maji An. 1615. æt. an. 79. off. 30. Pol. in *MS.*)

CUNRADUS WEIBELIUS, al. Waybelius, ex Uberlinga ad Lacum Acronium, SS. Th. D. Ecclesiæ Cathedr. VVrat. Cancellarius, Ambarr. Canonicus & Officialis.

Mysta fui Canonum, Cancellos rite tenendo;
Et memor inprimis muneris atque DEI.

(θ. VVratisl. 24. Februar. An. 1609. æt. an. 53. Epitaph.)

ANDREAS WEICKIUS, Phil. & Med. D. Practicus in Patria.

Cum morbis etiam pugnam mihi ducere gratum est;
Ista fuit studii caussa propinqua mei.

(N. Wratisl. mens. Sept. An. 1583. θ. Sternbergæ Morav. 9. Octob. an. 1630. æt. an. 47.)

GODOFREDUS WEIDNERUS, U. J. & Med. D. Acad. Francofurt. P. P.

Sic licet infœcunda salix, per me tamen almas,
Et Themis & Phœbus protulit euge! rosas.

(*N.* Sagani, Patre Johanne, Med. D. 12. Octob. An. 1584. θ. Francofurt. 14. April. An. 1639. æt. an. 55. Henelius.)

JOHANNES, Godofredi Frat. WEIDNERUS, Med. D. Reip. Grunæbergens. Physicus.

Annis inferior natus, non arte, parente;
Mella dat ægrotis, Aoniisque mele.

(*N.* Sprottaviæ mens. Januar. An. 1577. ♃. Soraviæ sub initium An. 1633. æt. an. 56. Nicol. Henelius.)

JOHAN.

JOHANNES WEIDNERUS, Senior, Phil. & Med. D. Reipublicarr. Saganensis, Guraviensis, & denique Sprottav. Patr. Physicus.

VVeidnerus Sophus & Medicus, vatesque triumphat;
Sprotta medente suo, vate Thalia cluit.

(N. Sprottaviæ d. Laurent. An. 1548. θ. in Patria 24. Sept. An. 1612. æt. an. 64. Johannis & Godofredi Pater.)

JOHANNES WEIGEL, Reipublicæ Lignicensis Senator & Prætor.

Eusebia ductus, Clario nutritus in Hæmo,
Obtinui patriæ jura vetusta meæ.

(N. Haynæ mens. Januar. A. 1574. θ. Lignicii 14. Febr. circa vesp. an. 1630. æt. an. 56. curr. Epitaph.)

JOHANNES WEIGEL, Ecclesiæ in Majori Lauden Pastor.

In crepera & dubia Christum sum sorte professus;
Propter & hunc terram vertere, vita mea est.

(N. Hainæ 7. Octob. An. 1584. Clar. ed. Precat. θ. VVratisl. in exilio, 12. August. An. 1658. ætat. an. 74. Min. an. 48.)

NICOLAUS WEIGEL, SS. Th. D. Ecclesiæ Cathedral. VVrat. Canonicus, & in Academ. Lipsiens. P. P.

Ne tibi plus nimium tribuas, fuge; summa Potestas
Trita beat, damnat corda superba. Sape!

(N. Bregæ Nonnulla ejus MS. in Bibliotheca Vratislav. servantur, Gottlob Kranz. p. 83. Flor. An. 1427. & Clar. E. S. Trithem. θ. Lipsiæ An. 1444. Epitaph. VVrat.)

CASPAR VVEIGLERUS, Ecclesiæ Elisabetanæ Wratislav. Archi-Diaconus & Senior.

Cura

Cura mihi Schola prima fuit; cura altera Templum;
Heic qvod & heic doctum, gloria, Christe, tua est.

(Nuptias celebrat cum Elisabetha, M. Andr. Winckleri Filia, Virgine Latine & Græce, in prorsa & vorsa ad invidiam doctiss. θ. Wrat. 23. Maji An. 1584. æt. an. 74. Off. schol. 26. Eccl. 27. Polius.)

M. MELCHIOR VVEIGLERUS, ad D. Barbar. in Patria Ecclesiastes, & in Gymnas. Elisabetano ibidem Professor.

Felicem vidit Schola me Breslæa docentem;
Hunc talem & vidit dia Cathedra DEI.

(*N.* Wrattisl. 23. August. An. 1547. θ. in Patria 3. Martii An. 1596. æt. an. 49. curr. Minist. 25. Successit ei M. Andr. Jonas. Pol. in *MS.*)

SALOMON VVEINMAN, Phil. & U. J. D. Philiatros.

Sacrarum legum Mystes, quoque Physica tractans;
Elicio sacrum, dia Hygiea, tuum.

(*N.* Francosteinii. Nuptias celebrat Kremnicii, in Hungaria, An. 1602. Cassovia exsulans, venit VVratislaviam. 12. Maji An. 1605. Duxit secundum Virg. Mariam, M. Georg. Seidelii, Gymn. Elisabet. VVrat. Collegæ Primarii, Fil. an. 1611. d. 14. Februar.)

CAROLUS VVEINRICH, Reip. VVratisl. Advocat. Ord. & Consistorii ibid. Notarius.

Utraque culta mihi Themis est; nunc utraque munus
Spondet; an in vanum sit coluisse deas?

(*N.* VVrat. Patre M. Martino, 26. Septemb. An. 1584. θ. in Patria 8. Decemb. An. 1639. hor. 10. antemerid. æt. an. 56. off. 20.)

GEORGIUS VVEINRICHIUS; SS. Theol. D. Superintendens, & Acad. Lipsiens. P. P.

Slesia VVeinrichium Mysiæ gratata Cathedræ,
Si tuus arte, ait, hic; usu erit usque meus.

(N. Hirschbergæ 23. April. An. 1554. C. E. S. Draud. θ. Lipsiæ catarrho suffocativo 27. Januar. An. 1617. æt. 63. Minist. an. 20. Polius in *MS.*)

M. MARTINUS VVEINRICHIUS, Gymn. Elisabetani Patrii Professor.

Spectrorum larvas, Lemurumque ostenta revelans,
VVeinrichius, Physici nomine clarus ovat.

(N. VVratisl. mens. Decemb. An. 1548. Clar. ed. Scr. Draud. θ. in Patria apoplexia 24. Decemb. an. 1609. ætat. an. 61. off. 33. Polius.)

M. MELCHIOR VVEINRICH, Hirschberga-Sil. Philosophicæ Facult. Lips. Adjunctus, & Schol. Thomeæ ibidem Con-Rector.

Hic sua non Baccho, sed Phocide carmina tingit;
Esto Poetarum sit licet ille vehes.

(N. Flor. Lipsiæ An. 1613. Clar. ed. Ærario Poetico, An. 1624.)

M. MATTHÆUS VVEINTRIT, Senior, Reip. Patr. Bregens. Consul.

Linguarum & rerum gnarus rego tecta Paterna;
Ut prope sim meritis Nestoris, illud ago.

(N. Bregæ 19. Martii An. 1554. θ. in Patria 19. *Martii* an. 1626. æt. an. 72.)

GEORGIUS VVEIRACH, VVratislavia-Sil. Philologus & Poeta, Illustr. Pr. Bronscii Consiliarius & Aulæ Præfectus.

In genii arce tui Clejo, Suadela, Themista,
Delitias agitant (gloria quanta!) suas.
(*N.* Clar. An. 1615.)

M. FABIANUS VVEISS, Ecclesiæ Regiomontanæ Pastor Primarius.

Haut mento, sed mente senex, do farra sacrata;
Est cum pulvereis res mihi nulla fabis.

(*N.* Strelæ mense Junio An. 1558. θ. Regiomont. peste 30. Julii A. 1602. æt. an. 44. Minist. 17. G. Colbius.)

ADAMUS VVEISKOPF, Episcopus Nicopoliensis, Suffraganeus & Canonicus Wratislaviensis ad B. Virgin. in arena ibidem Abbas.

Dum Sophiam rimor, sacris simul implicor; inde
Abbasque & Canonum Mysta verendus ovans.

(Abdicavit se Abbatia, & eligebatur ex Præposito Gorckaviense Abbas XLIII. Balthasar Dittenborn, Thuringus, 18. Maji An. 1599. θ. Wrat. 10. Sept. An. 1605. æt. an. 71. mens. 11. d. 7 Sedit an. 42. ex Epitaph. Polius.)

STANISLAUS WEISKOPF, Ecclesiæ Cathedralis VVratisl. Canonicus.

Et quia me gavisa fuit Divi Insula Jani
Collega, capiti cana senecta datur.

(θ. VVrat. 28. Octob. An. 1593. æt. 57.)

STANISLAUS WEISKOPF, Phil. & Med. D. Reip. Patr. Physicus & Archiater Episcopalis.

Cor Meditrina, caput poliit Sophia, ora Suadela;
His tribus Orchestræ juvit adire thronum.

(*N.* Nissæ mens. Decemb. An. 1529. θ. in Patr. 21. Decemb. An. 1601. æt. an. 72. Polius in *MS.*)

PAULUS WEISSIUS, SS. Th. D. Acad. Regiomont. P. P. Concionator Aulicus, & Consistorii Sambiens. Adsessor.

Colloquium fidei nostræ Vilnense probavit
Deigma; Borussorum Dogma secutus Herus.

(N. Strelæ 24. August. An. 1543. θ. Regiomonti 5. Januar. An. 1612. æt. an. 68. m. 4. d. 19. minist. 46. Colbius.)

MICHAEL VVELLY a Saalhausen, in Zuppa, S. C. Mtis & Camer. Imperial. Silesiac. Consiliarius.

Cæsaris usque rei nervos bene nosse gerendæ,
Intendi nervos, cor, animumque meum.

(N. Olsnæ 4. Septemb. An. 1597. ϑ. VVrat. apoplexia 10. Aug. An. 1661. æt. an. 64. curr.)

ANDREAS VVENCELIUS, SS. Th. D. Eccles. Francofurt. Pastor, & Acad. P. P.

Me sincera fides, triplicis me gratia Linguæ,
Marchiacis celebrem reddit & Elysiis.

(N. Hainæ mens. Julio An. 1550. θ. Ripsiæ, in pago, quo pestis ergo fugerat, carbunculo 29. August. an. 1613. æt. an. 63. Polius in *MS.*)

VVENCESLAUS, VVenceslai, Pr. Teschin. Fil. Dux Lignicensis Episcopus VVratislaviensis XXIX.

Prodigus hic fertur, belloque intentus & armis;
Hinc & obæratus cessit ab æde sacra.

(Electus 29. Junii An 1382. Confirmatus ab Urbano VI. P. P. Abdicavit se ab Episcopatu an. 1417. in Concilio Constantiensi. ϑ. Senex an. 1419. Polius. 1387. Curæus. 1417. Reusner.)

GEORGIUS a VVENSKY & Petersheida, in Bittervviz, Bertelsdorff & Plomühle &c. Illustriss. PPrr. Ligio-Bregensibus, ut & Episcopo VVratisl. a Consiliis.

Quid juris, quid judicii Silesia Equestris
Jactitet, in Famam VVenskius edocuit.
(Flor. An. 1590. circiter. Henelius. Clar. ed. Scr. Hujus Filiam in Uxorem duxit Sigismund. a Braun, L. B. in VVartenberg, Bigniz & Gretz.)

JOHANNES WENSKY, Illustr. PPrr. Ligio-Bregens. Consiliarius, & ad S. Hedvvigis Bregæ Diaconus.

Initio mentes Sophia formavit, & inde
Adfuit edictis, Consiliisque, Ducum.
(θ. Bregæ apoplexia 17. Octobr. An. 1562. æt. an. 70. Polius in *MS.* Vide & de hoc Mylium.)

THOMAS WERLIENUS, U.J.D. Illustr. Pr. Ligio-Bregensis, & Comit. in Sultzbach Consiliarius.

Werlienum periisse putes? cui sidera parent
Pimplea, & statuit tot monumenta Themis.
(*N.* Novo-Berolini in Marchia, ipso Festo S. Thom. an. 1575. Clarus post fata stipendio, quo sec. 3. Facultates, Theologicam sc. Jurid. & Med. tres Silesii & tres Mantici singuli 60. Imperiales singulis annis Francofurti vivitur. θ. Lignicii 21. Maji An. 1645. æt. an. 69. septiman. 21. d. 3. Conc. fun.)

GEORGIUS WERNERUS, D. Ferdinandi I. Imp. Consiliarius.

Undarum vires quas continet Hungara tellus,
Explicui; anne hoc, dic, Consiliantis opus?
(*N.* Patscovi. Flor. An. 1550. Polius in *MS.* Clar. ed. Scr. plur. Gesner. & Draud.)

GREGORIUS WERNERUS, Ecclesiæ Parochialis Bregensis Pastor.

Summo Wernerum Princeps dignatur honore,
Demirans studium, judiciique fidem.

(N. Berolstadii 6. April. An. 1554. ♃. Bregæ 11. Junii an. 1605. æt. an. 51. minist. 24. Pol. in *MS.*)

M. PAULUS WERNERUS, Scholæ Cathedralis Basileensis Con-Rector.

Slesia me genuit; docuit Basilea; docentem
Hæc eadem tenuit; nunc tenet Aula poli.

(N. Suidnicii mens. Januar. An. 1562. ♃. Basileæ mens. Febr. an. 1612. æt. 50.)

M. PETRUS WERNERUS, P.L. Reipubl. Cüstrensis Advocatus Ordinarius.

Te quoque Slesiacos inter gaudere Poetas,
Congaudet merito, clara Bolesla, tuo.

(N. Boleslaviæ. Clar. ed. Scriptis.)

JOACHIMUS WETHMAN, P.L. Cæs.

Heroas, referunt quos Biblia, carmine macto;
Quei non me mactet carmine Fama memor.

(N. Javoriæ, & flor. An. 1602. Cl. ed. L. IV. Iconib. 5. Periochis Anniv. Evangel. impress. Lipsiæ an. 1590.)

BALTHASAR WIDEMAN, JC. Illustriss. Pr. Monsterbergico-Olsnensis Consil. & Cancellarius.

Grande decus Patriæ, cancellos dirigit Olsnæ
Balthasar, Astrææ luxque, jubarque, deæ.

(N. Monsterbergæ mens. Januar. An. 1535. θ. Olsnæ 7. Febr. an. 1604. æt. 69. off. 50. v. Epigramm. Tileni.)

M. LAURENTIUS WIDEMANNUS, Ecclesiæ Patr. Saganens. Pastor.

A lauru dictus, laurum meruisse putatur
Officio functus patria in urbe sacro.

(N. Sa-

(N. Sagani 9. August. An. 1538. Gualter. θ. in Patr. 8. Sept. An. 1593. æt. an. 55. Minist. 28. Bucholc.)

M. JEREMIAS WIGANDUS, prius in Suburbio VVratisl. ad 11000. Virgin. Pastor, deinde Templi Elisabetani in Patria Diaconus.

Doctrinam Suadela meam decoravit amœna;
Hinc potui gratus civibus esse meis.

(N. VVratisl. Jeremia, Pastore Taurense, & Martha, Pollionis Filia, Parentibus, 14. Septemb. intr. hor. 5. & 6. matut. An. 1575. Calagius. θ. in Patr. 19. Julii an. 1610. æt. an. 35. Minist. hic & ibi 12. Pol. in *MS.*)

GODOFREDUS WILHELMUS, Med. D. & VVratislaviæ Practicus.

Me quoque conjunxit numero natura medentum,
Hinc merui in Medico nomen habere foro.

(N. Hirschbergæ 22. Septemb. An. 1610. ϑ. VVratisl. 22. Junii an. 1671. æt. 61. curr.)

M. FRIDERICUS WILHELMUS, Philologus.

VVilhelmo facilis fuit ut natura, peritas
Sic scripsit docili dexteritate notas.

(N. Suidnicii mens. Febr. An. 1540. Clar. ed. Scr. θ. Francofurti cis Viadr. 4. *Martii* an. 1576. æt. an. 36.)

BARTHOLOMÆUS WILLENBERGER, de Willenberg U. J. D. Practicus Olsnæ.

Me quoque caussarum diversa negotia versant;
Legibus heic nitor, Justiniane, tuis.

(N. VVolaviæ 5. Septemb. An. 1574. ϑ. Olsnæ 18. Decemb. an. 1656. æt. an. 82, septiman. 13. d. 3. Conc. fun.)

JO-

JOACHIMUS WILLENBERGER a VVillenberg, U. J. D. Judicii Secularis in Insula D. Joh. VVrat. Vice Cancellarius, & Episcopo VVrat. a Secretioribus Consiliis.

Me Themis evexit summi splendoris ad augmen,
Contulit & generi digna brabea meo.

(N. VVolaviæ mense Octobr. An. 1546. ♃. VVratisl. 6. Novemb. an. 1606. æt. 60. Epitaph.)

BALTHASAR VVILPERTUS, U. J. D. Frider. V. Regis Bohem. Consiliarius. Fisci Cæs. per Infer. Sil. Patronus, & Reip. Patr. Consul.

Sancta fides & dia Themis, Musæque novenæ,
Cætera ut ut se habeant, sunt animi esca mei.

(N. Glogoviæ 4 Januar. An. 1577. θ. Coloniæ ad Spream 26. Martii an. 1625. æt. an. 48. Henelius.)

ELISABETHA, Andreæ Filia VVINCKLERIA, Casparis Weigleri Uxor, Melch. Mater. Poetria.

Libera seu scripsit VVinckleria, sive ligata,
Dicitur Aonii venam habuisse vadi.

(Clar. ed. Scr. Polius. ♃. Pragæ, jam grandæva an. 1613. Henelius.)

M. ANDREAS VVINCKLERUS, Gymnasii Elisabetani VVratislaviensis Rector.

Orchestram colui, formans teneram inde juventam;
Quei nomen dederit angulus inde mihi?

(N. in pago VVinckel, 6. milliaribus distante ab Ilfelda. 16. (17. E. Reusner.) An. 1498. ex Ebero Calagius. Per aliquot annos opera typographica curavit. In Magistrum promovit VVitebergæ, ad instantiam D. Metzleri, an. 1535. θ. VVrat. 27. Junii. an. 1575. æt. an. 77. off. 56. Polius in *MS.*)

DA-

DANIEL WINCKLERUS, Phil. & Med. D. Illustr. Pr. Ligio-Breg. Consil. & Archiater.

Artifici varios novi medicamine morbos
Tollere; vim mortis tollere non potui.

(N. Reichoviæ, in District. Nimicienf. 12. August. An. 1599. Clar. E. S. An. 1630. θ. Bregæ 15. Februar. An. 1658. ætat. an. 59. curr.)

GEORGIUS WINCKLERUS, Gymnas. Mar. Magdal. VVrat. Collega & Bibliothecarius.

Et schola juta meo est & Bibliotheca labore;
Nunc liber libris absque labore cluo.

(θ. VVrat. 12. April. An. 1576. off. 22. Successit ei in Schola El. Bonvinius, in off. Bibliothec. Georg. Scheid. Polius.)

MATTHIAS WINCKLERUS, Ord. Canonicorr. Regular. ad B. Virg. VVrat. Abbas.

Dos, VVincklere, DEI præcellis fratribus Abbas;
Quam bene stant capiti congrua membra suo.
(θ. VVrat 26. Sept. An. 1550. Polius.)

NICOLAUS WINCKLERUS, Illustr. Pr. Ligio-Bregens. Consil. & Cameræ Director.

Præside me crevit tua Bursa George-Rudolphe;
Consiliis nostris Aulica Fama stetit.

(N. Leobergæ Patre Nicolao, Reip. Patr. Consule, 12. *Maji* An. 1587. θ. Wrat. 19. Febr. An. 1649. æt. an. 61. septiman. 40. d. 3. Orat. fun.)

OSWALDUS WINCKLERUS a Straubingen, SS. Th. D. Cantor ad S. Crucem & Pastor ad D. Mar. Magdal. VVrat.

Si luci propior, quid me fecisse putares?
Sed tamen hæc pietas non nocitura mihi est.
(♃. Wrat. 1. Julii An. 1517. Polius.)

GEORGIUS WIRTH, Phil. & Med. D. Ludovici, Regis Hungar. Archiater, & Budissinæ Lusat. Decanus.

Credita Pannonici Regis mihi vita, salusque;
Dic Medici nonne est laus ea magna viri?
(N. Leobergæ mens. Febr. An. 1470. Boissard. Cl. ed. Scr. Draud. θ. Gorlicii sanguinis fluxu suffocatus 9. Martii an. 1524. ætat. an. 54. Mel. Adam. Pol. E. R.)

MICHAEL WIRTH, Phil. & U. J. D. Elect. Sax. Consiliarius, Acad. Lipsiens. P. P. Canonicus Martisburgens. & Illustriss. PPrr. Coburgens. Cancellarius.

Quam mihi, dum vixi, famam sacra jura dedere;
Nunc auget Slesis mensa parata meis.
(N. Leobergæ 6. Januar. An. 1547. (1546. El. Reusner.) Testamento legavit XII. studiosis 4000. floren. Rhenenses. θ. marasmo confectus 3. Decemb. An. 1611. æt. an. 64. off. Cancell. 11. Pol. in *MS.*)

MICHAEL WIRTH, U. J. D. Academ. Lipsiens. P. P. Canonic. Martisburgens. & Electoralis Consistorii Adsessor.

Inque choro, inque foro, inque toro tua laus viget ampla;
Perfectus perstas, judice quove, Trivir.
(*N.* Leobergæ 14. Octob. An. 1571. ♃. Lipsiæ 25. Maji an. 1618. æt. an. 47.)

PETRUS WIRTH, Phil. & SS. Th. D. Ecclesiæ Cathedral. Wratisl. & Lignic. Canonicus, Collegii ad B. Virg. Lipsiæ Collega.

Ad Canonum leges sanctum mihi vivere votum;
Hoc voto in mundo nunc mea fama viget.

(N. Leo-

(N. Leobergæ menſ. Julio An. 1461. θ. Romæ 28. Julii an. 1521. æt. an. 60. ex Epitaph. Mel. Adamus. C. E. aureolo Pſ. Commentariolo. Svev.)

POLYCARPUS VVIRTH, U. J. D. Electoral. Judicii Lipſienſ. Adſeſſor.

Dum, Polycarpe, aperis viridaria ſancta Themiſtos,
Hoſpes in Aſtrææ diceris Æde pius.

(N. Leobergæ 12. Maji An. 1609. θ. Lipſiæ 27. Septemb. an. 1654. æt. an. 45.)

CHRISTOPHORUS VVITTICHIUS, Eccleſiarr. in Ducat. Bregenſ. Vice-Superintendens, & Eccleſiaſtes in Aula.

Quid mihi faxit homo? JOVA Dux mihi, tutor, aſylum;
Velle DEI doceo; ſic age, ſalvus eris.

(N. Lignitii 9. Novemb. An. 1588. θ. Bregæ. 27. Martii an. 1649. ætat. an. 61.)

GEORGIUS VVITTICHIUS, JC. Reip. Lignicenſ. Pro-Conſul, Syndicus, & Ducalis Conſiſtorii ibid. Adſeſſor.

Dicendo cautus; mage circumſpectus agendo;
Juris & excellens cognitione fuit.

(N. Suidnicii (Patre Georgio, Curiæ Suidnicenſ & Judicii Provincial. ibid. Advocato Ordinario, in itinere Zvveybroti Ducat. Wrat. 14. Febr. An. 1619. æt. an. 39. m. 1. d. 5. off. 12. mortuo) 4. Auguſt. An. 1604. θ. Lignicii 24. Febr. An. 1661. æt. an. 57. Epitaph.)

HIERONYMUS VVITTICHIUS, VVratiſlavia-Sil. Aulæ Ducal. Bregenſ. Concionator, & Ducatus Superintendens.

Si, Wernere, ſapis, taceas; tua ſcripta fatentur
Te fidei expertem; me lege, certus eris.

(Clar. ed. Scr. inter quæ Haupt-Artickel Christlicher Lehre e Psalmis Davidis. Draud. ✝. Bregæ 9. Decemb. An. 1553. Minist. 15. Polius in *MS.*)

JOHANNES WITTICHIUS, prius Reip. Patr. Scabinus; deinde Dicasterii Provincialis ibidem Adsessor.

Ambiguas usu potui dignoscere leges,
Cognita namque prius sunt elementa mihi.

(*N.* Lignicii mens. Junio An. 1577. ✝. in Patr. 21. Martii An. 1631. ætat. an. 53. septim. 28. Epitaph.)

PAULUS WITTICHIUS, excellens Mathematicus.

Sidera Wittichius permensus, humumque jacentem;
Sidera nunc animo, corpore servat humum.

(*N.* Wratisl. ✝. Viennæ Austriæ 9. Januar. S. N. An. 1587. ex Bucholc. Polius.)

DAVID WOLCKENSTEIN, in Academ. Argentinens. Mathematum P. P.

Automate Argentina suo dum clara cluebit;
Non poterit simul & non meminisse mei.

(*N.* Wratisl. 19. Novemb. An. 1534. E. R. Clar. ed. Scr. Draud. ✝. Argentinæ cælebs 12. Septemb. An. 1592. æt. an. 58. Polius in MS.)

M. CASPARUS WOLFART, prius Schol. Mar. Magd. Collega Primarius, deinde Eccl. Elisabetan. Wrat. Archi-Diacon. & Senior.

Profuit iste Scholæ, Templo, plebisque saluti;
Ne mereat Mystæ mnema, Secunde, refer?

(*N.* Monsterbergæ 2. Januar. An. 1595. Ordinat. Wratisl. 17. Julii An. 1619. Polius in *MS.* ✝. Wrat. 29. Januarii an. 1657. ætat. an. 62. Minist. an. 38. Calendar. Ecclesiast.)

GE-

GEORGIUS WOLFFIUS ab Holtſchönavv, Muſicus Niſſenſis.

Muſica munificum mulcens modulamine JOVAM,
Delitium cordis extitit usque mei.

(*N.* Niſſæ An. 1606.)

M. SAMUEL WOLFFIUS, P.L. Secretarius Elbingenſis.

Wolffius Aoniæ mollitus agonibus artis,
Phœbi amor eſt, Sophiæ gloria, cura fori.

(*N.* Hirſchbergæ menſe Majo An. 1549. Cl. ed. Elegiis. Daumius. θ. Meviæ Boruſſ. 21. Junii an. 1591. æt. an. 42. Pol. in *MS.*)

GODOFREDUS WOYSSELIUS, utriusque Med. D. & in Patria Practicus.

Sum Medicus natus; ſum confirmatus ab uſu;
Illum me Genitor fecit, at huncce labor.

(*N.* Wratisl. Patre Sigismundo, Seniore Med. D. 30. Januar. An. 1582. Vixit an. 1628. æt. an. 46. θ. in Patria.)

JOHANNES, Sigismundi Frat. WOYSSELIUS, Phil & Med. D. Archiater Cæſareus.

Cæſarei Medici me nomine Hygeja bearat;
At vitam & decus hoc abſtulit atra dies.

(*N.* Wratisl. menſ. Januar. An. 1544. θ. in Patr. 21. Februar. an. 1586. æt. an. 42. Polius in *MS.*)

SIGISMUNDUS WOYSSELIUS. Senior, Phil. & Med. D. Reipubl. VVratisl. Phyſicus, & Ædis ad D. Barbar. Curator.

Si verum eſt, ſanam ſano eſſe in corpore mentem,
Quis Medicum mentis me negitare velit?

(θ. VVratisl. 16. Martii An. 1607. ætat. an. 65. Phyſicat. 26. Curator. 35. Succeſſit ei D. Georg. Rumbaum. Polius.)

SIGISMUNDUS WOYSSELIUS, Junior, Med. D. Reipubl. Patriæ Physicus.

Patris epos quærens Medica quoque gnaviter arte;
Celse tuam, & tuam eo, mi Paracelse, viam.

(*N.* Wratisl. 29. April. An. 1579. θ. in Patria an. 1622. æt. an. 43. Physicat. off. an. 7. Polius in *MS.*)

JOHANNES WUNTSELBURGIUS, Silesius, SS. Theol. D.

Sunt fuci & fraudes vani, miracula, mundi;
Ipsis in tenebris has scio ego tenebras.

(Flor. An. 1440. Pantaleon. Clar. ed. Scr. plur. Gesnerus.)

JOHANNES VVUSTHUBE, Med. D. Reipubl. Patriæ Physicus.

Wüsthubio, Phœbus citharamque datavit & herbas;
Corporis his morbos, pectoris illa abigit.

(N. Suidnicii 30. Maji An. 1587. C. E. S. Vixit an. 1617. æt. 30. θ. Olomucii Morav.)

BALTHASAR ZAHN, Judicio Ducat. Glogov. Regio a Secretis.

Zahnius Ambrosia pastusque & Nectare potus
Pieridum, Themico jam satur, euge! cibo est.

(N. Glogoviæ 5. Januar. An. 1582. θ. Fraustadii 27. Maji hor. 10. vespert. an. 1640. æt. an. 59. curr. off. 24.)

Zedliz v. Czedliz.

JOHANNES ZEIDLERUS, Phil. & Med. D. in Acad. Lipsiens. Therapeut. P. P.

Cæsariem promitte, gemis & demete barbam;
Sic fueris vestri vivus Apollo chori.

(N. Leobergæ 6. August. An. 1596. θ. Lipsiæ 13. Novemb. an. 1645. æt. an. 49. Conc. fun. Inscript. Lips.)

M. NICOLAUS ZEIDLERUS, Philosophus.

Lucratus Sophiæ, Sophicumque lucratus honorem,
Altius ire parans mortis in ima ruit.

(N. Bregæ Nicolao, & Anna Winsmanniana, Parentibus, 20. Novemb. intr. hor. 6. & 7. matut. An. 1580. Calagius. ϑ. in Patria 6. Julii an. 1607. æt. an. 28. Herman. in Orat. fun.)

HENRICUS ZENCKFREY, Poeta Laureatus.

Rixarum liber libros tero, Phœbe, tuorum;
Laurum quod tribuis, gloriæ id esto tuæ!

(N. Lignicii Flor. An. 1616. & Clar. ed. Scr.)

JOHANNES ZEUCHNER, Reipubl. Patriæ Hainensis Consul.

Zeuchneria Consul natus sum stirpe celebri;
Nomen id assidua dexteritate probo.

(N. Hainæ 6. August. An. 1562. θ. in Patria.)

NICOLAUS ZEUCHNER, Reipubl. Patriæ Hainensis Consul.

Ecquis erit Generis me qui neget esse Parentem?
Facta meæ signant vix moritura fidei.

(N. Hainæ mens. Januar. An. 1508. θ. in Patria 2. Februar. an. 1580. æt. an. 72. off. 30. Epitaph.)

MARTINUS ZIMMERMAN, prius Ecclesiæ Bregensis, deinde Strelensis Pastor.

Solers expedii sacræ mysteria legis;
Suadelam dixit me, mea Strela, suam.

(Brega dimissus, ♀ post festum Georgii An. 1579. θ. Strelæ 8. April. An. 1611. æt. an. 68. Minist. 32. Polius in MS.)

WOLF-

VVOLFGANGUS ZINCK, Ecclesiæ Lignicensis prius ad DD. Petr. & Paul. postea ad B. Virgin. Pastor.

Credita Wolfgango sancti communio cætus,
Pasta DEI verbo sanctificante fuit.

(N. Viennæ Austr. mens. Septemb. An. 1401. θ. Wrat. 7. Octob. an. 1551. æt. an. 50. Keseler.)

JOHANNES ZINDLERUS, Leobschützio-Sil. P. L. prius Ecclesiæ Rosvvaldensis, deinde Patriæ Pastor.

Christe, tuum verbum mea lux; mea Musa, voluptas;
Hac animum, illo animum pasco, animoque meam.

(Clar. An. 1609.)

JOHANNES GEORGIUS ZYGAN, L. B. in Schluska, Freistadt & Dubroslavviz.

Innumeras visit Baro Zygaan orbis ad urbes,
Moribus ut coleret pectus & arte suum.


(ϑ. Sackaroviæ, in Superiori Silesia 16. Januar. An. 1640. ætat. an. 41.)


ZYROSLAUS I. Polonus, e Præposito & Canonico Episcopus Wratislaviensis X.

Quos habet in Templo populosa Cracovia ritus;
Templo etiam injunxi, non sine laude, meo.

(Ordinatus a Martino, Archi-Episcopo Gnesnense. θ. An. 1100. Polius. (1129. Curæus.)

FINIS.






DOM
KSIĄŻKI
DOM


Biblioteka Jagiellońska
stdr0023328

